UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Practica Octaviani Vestrii I. C. Foro Corneliensis

Vestri, Ottaviano

Coloniae Agrippinae, 1597

VD16 V 940

Ex Libro IIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63002

Visual Library

3 Verùm * omni caſu, vbi penſionarius via exe-
quutiua obtineret, & titularius appellaret, non
conſueuit commiſſio appellationis concedi, niſi
cum alia clauſula, ſine præiudicio legitimæ exe-
quutionis, Gigans quæſt. 95. & ita ſeruatur, id-
que ipſum, vt opinor, quia penſionarius agit ad
exequutionem literarum reſeruationis, vel trã-
lationis penſionis, quæ exemplo inſtrumen-
quarentigiati paratam habent exequutionem, &
ab exequutione non appellatur, l. ab exequ. ff. de
appella. Gigans dict. q. 15.

## ANNOTATIONES.

a Excommuni.) *Adde Gomes. in compendio vtriuſque ſignaturæ prope finem, vbi copioſè, qui nonnullos etiam enarrat, in quibus clauſula ſine retardatione penſionis commiſſionibus opponi non debet. Nic. Anto Graua.*

# LIBER IIII.

*Introductio cauſſæ in Romana Curia contra præſen-tem, & quando ius reuocandi domum, ipſaq; dilatio ad partes concedi, vel dene-gari ſoleant.*

## CAP. I.

### SVMMARIVM.

1 *Litis pendentia per ſimplicem citationem induci-tur.*
2 *Ius reuocandi domum deprehenſo in Romana cu-ria, quando detur, & quibus ex cauſis, & nume-ro 11.*
3 *Dilatio quibus nã caſibus denegatur.*

4 Dila-

4 *Dilationum materia plurimum in iudicis reſidet arbitrio.*
5 *Citatio litis pendentiam inducit.*
6 *Lis quando pendere dicatur.*
7 *Lite pendente, nouum ius, aut noua prouiſio impetrari poteſt.*
8 *Lite pendente, an ſupplicare licet, & reſcripta impetrare.*
9 *Litis pendentia inducitur per petitionē, quòd quis carceretur, & per bonorum ſequeſtrationem.*
10 *Pendentia per citationem circumductam non inducitur.*

FIgura iudicij, deuoluta iam cauſa aliò ex his, quos ſupra diximus modis, ad Romanā Curiam omni caſu, ſi reus præſens fuerit, in curia poterit eum actor ſimplici citatiuncula per nuncium, ſeu curſorem citare coram auditore, cui fuerit cauſſa per Cancellariam, ac eius regentem diſtributa, abſque alia commiſſionis inſertione, & *per ſimplicem citatiunculam huiuſmodi, vera litis pendentia cenſebitur etiam, quoad citatum introducta, apta ad omnes ſuos effectus etiam reuocationis attentatorum, tametſi in ea non fuerit reſcripti tenor inſertus, per quem iuriſdictio auditori data dicitur iuxta clem. 2. vt lite penden. *a* nec exprimantur ea, per quæ pars citata benè inſtrui, ac certior reddi poſſit, iuxta d. Clem. 2. vt li. pend. & ſic iuris communis diſpoſitio, in prædictis ex ſtylo & obſeruatione Romanæ Curiæ abrogatur. Rota, deciſi. 279. Clem. in no. de lite penden. 5 a b

Poterit *b* nihilominus hoc caſu is, * qui fuerit in Ro- 2

in Romana Cur. deprehenſus ius reuocandi d
mum habere, ſi iuſta ſuberit cauſſa, quæ reuoca
tioni ſatis fit, ad text. in cap. fin. de foro compe.
idque etiam, ſi iuxta hæc, cauſa lite pendente
perueniret, ad nota. per Abb. Butr. & Imol. in c
fin. de dilatio. Tametſi hoc caſu eſſet potius d
ferre in aliud tempus, quàm domum reuocare
vt Abb. ibidem docet. Iuſta autem cauſſa eſſe
vtpote, ſi quis Romæ legationis munere funge
tur, l. 2. §. legatis. ff. de iudi. vel à principe reip
licæ cauſſa, euocatus eſſet, in authen. de ſanct
epiſc. §. ſi verò epiſcopi, colum. 9. ca. expoſuit
dilatio. vel ſi teſtimonij, vel ſi iudicandi, vel de
nique ſi reddendæ tutelæ cauſa accerſitus eſſ
his enim caſibus ius reuocandi concederetur
ſi in ipſa Romana Curia contraxiſſent, & ratio
ne contractus huiuſmodi conueniretur. Q
tamen limitatio ad caſum legationis non ext
ditur, quando ante legationem initus fuiſſet c
tractus, ad text. cum materia in l. 2. §. legatis
de iudi. in ca. fin. cum nota. per Felin. & alios
foro compe. & c. fin. de dilatio.

Verùm hoc ius & beneficium reuocandi do
mum perpetuum non eſt, ſed plures reliquit l
ctiones, quas apud Felin. in d. c. fi. de foro com
tu ipſe videre poteris, tenuit nihilominus Ro
vbi quis Reip. cauſſa in Romana Curia mora
c tur, vt cogatur interrogationibus alterius par
reſpondere, nec aliàs ius reuocandi domum co
cedit. Rota deciſ. 617. dic quod illi de iure reuo
can. domum in antiquis.

Amplius & is, qui præſens in Roma. Cur. de
d prehenderetur, vel eius procurator, dum tamen
e generalis, poterit dilationem ad partes pre

eam

eamque ſi principalis ſit, qui deprehenditur ad deliberandum & veniendum inſtructus, Quòd ſi procurator, vt ſuprà diximus, generalis ad conſulendum principalem, & dabitur, cap. dilectus de procur. Rota biſgnet. deciſ. 16. vtrum de dilatio. in vlti. hoc idem ampliatur etiam, ſi de beneficio in curia vacante ageretur aduerſus, ca. 2. de præben. licet enim videatur tunc certam omnimodam diſpoſitionem beneficij ad Pont. ſpectare, quare & petitio dilationis quoque calumnioſa. Nihilominus beneficium poſſet eſſe de iure patronatus laicorum, quo caſu ſub reſeruatione d. ca. non comprænderetur ad no. in d. ca. dilectus, poſſentque alia contingere, quæ facerent ceſſare omnem calumniæ ſuſpicionem, & iura de partibus deſiderari.

Sed & hæc dilatio ante terminum ad articulandum petenda eſt, poſt quem bene recteq; ſeruatum denegabitur, niſi fortè perſona mutaretur, vtpote per viam ſurrogationis, vel ſi eadem perſona remaneret, nouum ius impetraret, & ex illo vellet obtinere, vtroque enim caſu etiã poſt terminum bene recteque ſeruatum dilatio concedetur. Reus enim non venit inſtructus, niſi reſpectu iuris, quod actor intentauit, & contemplata eius perſona, non autem alia, Rota d. deciſ. de dolo & contu. in no. Card. Clem. 1. de ſequeſt. & fruct.

Pleriſque * tamen caſibus receptum eſt, dilationem denegari, vtpote ſi ab actore peteretur. Debuit enim venire inſtructus, glo. & Abb. in ca. præterea el. 4. de dilatio. vel ſi à reo, à procuratore tamen eius ſpecialiter ad eam cauſſam conſtituto, Caſſa. deciſ. 1. de dilatio. vel ſi per ſeipſum, 3

eſſemus tamen in cauſſa ſpolij, in qua aliqua to-
nuis facta eſſet ipſius ſpolij probatio, Caſſa. d.
deſi. 1. de dilatio. Et generaliter hæc dilationum
materia, plurimum in ipſius iudicis arbitrio re-
ſidet, l. 2. vbi Barto. ff. de re iudic. gloſſ. cap. pre-
terea de dilatio. Abb. cap. 1. colum. ſecunda, eo-
dem titulo.

## ANNOTATIONES.

a Nec exprimantur.) *Ex allegatæ Clemen. 2. vt li.*
5 *pend diſpoſitione, Citatio † litis pēdentiam non inducit, ni*
*ex ea citatus plenè inſtrui valeat, vbi Goß. Imola, & præ*
*tim Zabarel. in 3 nota & iterum in 5 hoc adnotant*
*imò vt eò loci Zabarel aſtruit, ſex neceſſaria requirun*
*vt lis pendere dicatur, qua de re Ioachim. Mynſing. leg*
*ſuis ſingul. obſer. in cent. 4 obſer 26. Necnon & Staphi*
*in tract. de grat. & expect §. ſpoliatus, numero 13. vbi*
6 *receptum eſſe teſtatur. Quòd † lis pendere dicatur, quan*
*cauſſa fuit commiſſa, citatioque decreta, licet non exequa*
*& ſi ipſe contrarium velit. Et litis pendenita, quò ad pri*
*legia, per actorem, lite pendente im, petrata, dicitur ante te*
*minum ad articulandum, vt idem Staphil. citato libr pro*
*dit, § in primis, numero 6. vbi etiam numero 50. teſta*
7 *reliquit, quòd † lite pendente, nouum ius impetrari poteſt,*
*vt puta, gratia ſi neutri, aut noua prouiſio, dummodo in e*
*mentio fiat, nec ob id attentatum quid fuiſſe dici poteſt, Ce*
8 *terùm, * an lite pendente reſcripta à principe impetrare li*
*ceat, vel ſupplicare, traditur poſt reliquos, per Iaſon in Ru*
*bric. & l. prima & ſecunda, C vt lite pend. & Ioan. Fer*
*appell. cap. 4 Non tepidè, num. 178. Quæ quidem † litis pen*
9 *dentia inducitur etiam per petitionem, vt quis carceribus*
*mancipetur, ac per ipſam captu·am, ſi Caccialupo credim*
*in tract. de debit. ſuſp quæſt. 27. in princip. tum etiam per bo*
*norum ſequeſtrationem, vt eo loci, num. 3 legitur. Verùm*
10 *illud præterea libet adiungere, quòd † litis pendentia per*

*citatio-*

*citationem circumductam haudquaquam inducitur, velut Afflict. egregiè comprobat deciſ. 366. numero 14. Nicolaus Anto. Grauatius.*

Poterit.) *Rotam videas deci. 596. D. Vrbanus, dec. 829 Nota, quòd ſi, in antiq. vbi † præſenti. bin Romana Curia ius reuocandi domum non competit, cùm Roma ſit communis patria, l. Ro ff. de munic. Sed cum ſeperamento intelligi hoc debere admonitum te eſſe velim, niſi cauſſa coram alio iudice penderet, vt latè Vant oſtendit de null. ſentent. ex def. iuriſd, ord. numero 84 cum ſeqq. Qua de re abundè etiam apud Couarru. legitur lib. pract. quæſt. cap. 5 vbi, qui legitimis ex cauſsis ius reuocandi domum habet, eo vti non poteſt, quoties pro contractibus, extra patriam & prouinciam celebratis conuenitur: tunc enim nulla ei fit iniuria, ſi extra prouinciam in locis contractus conueniatur. Verùm in hac ſpecie excipiuntur legati, cæteri vero minimè, qui ius reuocandi domum neutiquam habent, per Doct. in l. 2 §. omnes ff. de iudic. & eſt communis ſententia teſte Lancel. Dec. ibi, atque Couarru. præcitato loco Nic. Anto. Grauatius.* 11. Com. opi.

**De citatione extra curiam, etiam per edictum, eiusq; decreto, ac formula procedendi pro reo, vbi aſſerto procuratori decreta eſſet.**

## CAP. II.

### SVMMARIVM.

1 Citatio, ſi extra Rom. Cur. facienda ſit, debet dari facultas citandi expreſsè.

2 Citandi ſi plures eſſent, expreſsè nominandi ſunt: Clauſula omnesq; alios, &c. qua in citatione opponi ſolet, non operatur, vt vltra quatuor citari poſsint, eo. num.

3 Citatio per edictum fit, quando tutus non pate[t]
accesſus.

4 Citatio per edictum procuratoribus relaxari no[n]
ſolet, niſi mandatum oſtenderint, vel cauerint.

5 Citatio, non niſi cum competenti termino ad com-
parendum fieri debet.

6 Citatio per edictum generaliter concedi ſolet, ad
comparendum ad omnes & ſingulos actus, vſq;
ad ſententiam incluſiuè.

7 Citatio non requirit peremptorium in beneficiali-
bus, quia à lege ſubintelligitur, nec in prophanis e[x]
ſtylo Rom. Curiæ.

8 Citationem ad perſonaliter comparendum abſq;
ſpeciali Pont. iuſſu, auditor ex obſeruantia Rom.
Cu. concedere non valet.

9 Citationis per edictum, eiusq; exequutionis mo-
dus.

10 Citatio, intra nimis anguſta tempora facta, non
valet.

11 Citatio abſq; termini præfixione facta, an valea[t].

12 Peremptorium in beneficialibus ſummariiſq; ca[u]-
ſis non requiritur, fall. tamen & nu. 15.

13 Peremptorium in Rom. Curia ex ſtylo & cita-
tionibus apponi non ſolet.

14 Termini poſt litem conteſtatam ſunt perempto-
rij.

16 Citatio ad comparendum perſonaliter in ciuili[bus]
cauſis regulariter non fit, fall. tamen.

17 Debitor ſuſpectus, vt capi poſsit, quæ requirantur.

18 Citatio realis abſq; iudicis mandato regulari[ter]
fieri non poteſt. fall. tamen.

S[i]

SI* verò reus citandus à Romana Curia ab- 1
ſit, tunc opus erit, vt commiſſio det faculta-
tem citandi expreſsè, & ex ſtylo addi ſolet
etiam extra Curiam, & ſi fortè etiam aliàs poſ-
ſet extra Curiam citare, idque ex ſimplici fa-
cultate citandi, ſi maximè citandi non adiecto
aliàs in Rom. Curia facultas indefinitè daretur.
Caſſa.dec.4.de reſcript.

Quod* ſi plures citandi eſſent, expreſsè nomi- 2
nandi forent, vnde inoleuit praxis, vt in com-
miſſione apponamus clauſulam, omneſq; alios,
&c. cuius tamen vigore non poterunt vltra qua-
tuor citari, & in citatione nominandi eſſent per
Iudicem, non autem per exequutorem tantùm,
ad text. cum not. in c. cùm in multis, de reſcript.
in 6. Rota deciſ. 419. ſi impetretur de citat. & di-
latio. in no.

Verùm quum plerunque plures quatuor ſint
citandi, conſueui ego clauſulæ huic omneſque a-
lios, &c. addere hæc verba. Etiamſi eſſent vltra
quatuor. Nonnunquam enim accidit, vt ob loco
rum diſtantiam omnium citandorum nomina
ignorentur, nec aliàs poſſunt in citatione omniũ
citandorum nomina exprimi, vſu exigente, ſub-
orta eſt alia practica, qua vbi in commiſſione di
cimus, omneſq; alios addere conſueuimus. In ex
equutione citationis præſentium vigore decer-
nendæ nominandos. Caſſa. deci. 2. de dolo & con
tum. ver. Rota verò contentatur.

Quòd* ſi ad eum, qui citandus eſt, tutus non 2
pateat acceſſus, vel aliàs caueat, ne citari poſſit, 3
ſolemus in commiſſione, dum facultatem citan-
di poſtulamus, addere clauſulam etiam per edi-
ctum publicum, quam Signatura dare non con-

 ſueuit,

ſueuit, niſi cum temperamento, conſtito ſummariè, & extraiudicialiter de non tuto acceſſu, per text. in Clem. 2. de iudic. & tunc opus eſt extraiudicialiter docere. & teſtes inducere, & auditori de non tuto acceſſu fidem facere. Rota deciſio. 753. dic quòd in c. dudum, de cita. per edict. & 703. dic quòd citato eod. tit. in antiqu. Staph. ſuo libello de literis gra. & iuſtitiæ car. 158. oportetque hoc caſu teſtes ſaltem deponere, quòd credant citandos non poſſe ſatis tutè perſonaliter, vel domi citari. Rot. deciſ. 781. ſi aliquis de cita. per edict. in antiqu. Staph. ibid. Caſſa. dict. deciſ. 2. de dolo & contum. & exinde actor citationis decretum obtinebit.

Quod ſi obtineat omni caſu, per ſolum citationis decretum, vera litis pendentia apta ad omnes ſuos effectus, quoad ipſum tantùm, introducta cenſebitur. Rot. deciſ. 425. nota vtrum vt lite penden. & de citat. in antiqu. dum tamen ab ipſo principali, vel legitimo eius procuratore obtineatur, vel ſi à non habente mandatum ſuperueniat tamen ratificatio in tempore habili ad conſequendum ſuos effectus, vtpote, ſi pro actore contra poſſeſſorem ad interrumpendam præſcriptionem ex regula triennali ante triennij lapſum ſuperueniat ratificatio, aliàs enim præſcribere poſſeſſor, nec per decretum huiuſmodi fuiſſet interrupta præſcripta, Gomes. in regula de trien. q. nu. 50. vel ſi ad euitandam diſpoſitionem ca. plerunque de reſcrip. ne quis ob lapſum anni cadat à reſcripto infra eundem annum ratificet & vtatur.

4 Veruntamen * conſueuerunt notarij ſimilibus procuratoribus aſſertis citationes non relaxare, niſi

niſi vel ipſi inſtantes procuratores in Rom. Curia eſſent egregij atque noti, vel ſimilem procuratorem ſecum adduceret is, qui pro citatione inſtaret, & tunc quoque, non niſi procurator ille egregius obligationem faceret pœnalem in forma cameræ Apoſtolicæ, quòd de legitimo mandato, vel ratificatione dicturus ſit, ferè ſemper ſub ducentorum pœna, idque vt reo comparente conſultum ſit, vbi prpcurator ille aſſertus, nec de legitimo mandato doceret, nec actor vellet proſequi, vel aliàs ratum habere iudicium eius nomine cœptum. Poterit enim hoc caſu, reus beneficio huius obligationis, ex ſtipulatu agere ad pęnam commiſſam via exequutiua, abſque alio Signaturæ reſcripto, prout in ſimilibus obligationibus ſolitum eſſe procedi ſupra diximus. Nõnulli etiam ſimplicem commiſſionem impetrãt hoc caſu, vt idem auditor procedat ad pœnas & exequutionem dictæ obligationis, prout poſſet auditor cameræ procedere, & ſignatum concedi.

Quòd ſi reus non eſſet pœna contentus, ſed litem ſuper re, ac beneficio ſuo ægrè ferret, velletque ſe, ac beneficium ſuum à lite eximere, ne fortè actor interim ratum haberet iudicium nomine ſuo cœptum, conſueuimus ad hunc effectum, commiſſionem impetrare, qua Signatura reſcribit, quòd præfixo termino procuratori prædicto, ad docendum de mandato ac ratificatione prædictis, niſi docuerit, pronunciet auditor nullam iuriſdictionem ſibi datam, nullamque litem cenſeri introductam, & eum procuratorem ad pœnas, & in expenſis per reum paſſis cõdemnet. Gaſſad. in regula de ſurrogan. decis. 40. num. 6.

Sed & Rota nobis aliam viam indicat. Biſig-
net.deci. o.in vlt.q.nu.12. nempe, quòd citatio
illo procuratore aſſerto, qui citationis decreti
obtinuit abſque alio ſignaturæ reſcripto, pro ab-
ſolutoria ab obſeruatione eius iudicij, cum ex-
penſarum condemnatione, contra procurato-
eundem inſtet, quæ abſolutoria declaratoriæ, de
qua proximè diximus, æquipollebit ſaltem ad
extinctionem litis, per eam enim eximit ſe reus,
ac rem ipſam, ſeu beneficium à lite. Eruntque (vt
opinor) hoc caſu ſeruandi termini, quos infra
ſuo loco dicemus, vbi quis abſolutoriam velit
ab obſeruatione iudicij ſeruandos, quos etiam
nos docet vulgaris ille formularius terminorum
rotæ ſub rubrica de procedendo, prout de iure,
& crediderim hoc caſu communi forma ci-
tationis ad procedendum, prout de iure ad-
dendum eſſe, ita, vt additio præcedat, videli-
cet ad docendum de mandato, vel ratihabitatio-
ne legitimis, & procedendum prout de iure, pri-
mo pro prima dilatione, ex quo non tantùm ad
effectum habendæ abſolutoriæ, ſed etiam pro de-
claratione pro pœnæ ageretur.

Quòd ſi reus prædictis non acquieſceret, ſed
amplius vellet poſſeſſor abſolutoriam ab impe-
titis, vel etiam canonizatoriam ſui tituli, & ad-
iudicatoriam beneficij, vel rei, de qua ageretur,
quæ principalem adficerent. Ego tunc conſueui
noua commiſſione inſtaurare iudicium, qua præ-
uia huius facti narratione peto, vt pro tutiori iu-
dicio eidem auditori, quatenus opus ſit, cauſa
iterato cõmittatur, cũ facultate citandi in forma
& exinde principali in Roma. Curia, vel in par-
tib. legitimè citato cauſſam ipſam proſequi, ſic
enim

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

enim tutius redditur iudicium ac etiam vtilius, quia propter graues impenſas Romanæ Curiæ, non expedit abſolutoriam ſententiam ab obſeruatione iudicij duntaxat reportare, quę parum, vel nihil victori tribuit, eadem quoque ratione, non conſueuit in palatio decerni citatio extra curiam, ad petitionem coniunctæ perſonæ, idque etiam ſi coniunctus, qui pro decreto inſtaret, vellet pro coniuncto cauere de rato, Rota deciſ. 730. de citatione, nota quòd ſi aliqua in antiq. quæ videtur generaliter loqui, & ſic in cauſa quoque prophana, & durum admodum videtur, quòd ſimilis citatio procuratori aſſerto cũ ſimili cautione, vel alternatiuè docendi de legitimo mandato concedatur, coniuncto autem denegetur in prophana cauſſa, in qua mandatum habet à lege, & vt opinor, intelligenda eſt deciſio Rotæ ſuprà allegata in cauſis beneficialibus vel aliàs ſpiritualibus tantum. b

*b* Citatio * verò non niſi cum competenti ter- 5
mino ad comparendũ dari ſolet. Bonif. 8. in extrauaganti, rem non nouam, de dolo & cont. Clem. 1. de iudicijs vtrobique terminum competentem conſiderata locorum diſtantia, idque pro modo diſtantiæ vicena millia paſſuũ in ſingulos dies dinumerando. l. 1. ff. ſi quis cautio. §. qui excuſare inſtru. de ſuſp. tuto. aliàs tanquam temeraria citatio non arctaret citatum ad comparendum etiam poſt terminum. l. autem qui aliter. ff. quòd vi aut clam. vbi Bartol. Abb. in cap. dilecti de dolo & contu. col. 7. Caſſa. deciſſ. 6. eo. tit. nu. 3.

Soletque * hæc prima citatio ſemper genera- 6
lis concedi, videlicet ad legitimè comparẽdum

ad ſingulos actus, vſque ad ſentētiam incluſiuè
inſtructè cũ omnibus iuribus, ſcripturis ac mo-
numentis cauſſam concernentibus, Rota deciſ.
245. de cita. ſenten. & re. iud. cuius citationis for-
mula ſic generalis vtilis eſt in pluribus, quæ in-
ferius ſuo loco dicemus, nec aliàs deſiderat pe-
c 7 remptorij expreſſionem, *c* quòd * in beneficiali-
bus ſubintelligatur à lege, & in prophanis ex
ſtylo Rom. Cu. Rota d. c. deciſ. 245. conſueuitq;
ex communi obſeruatione curiæ, omni die, e-
tiam feriata poſſe decerni. Caſſa. deciſ. 5. de do.
& contuma.

d 8 *d* Cæterùm * non ſolet, neque poteſt auditor
citationem perſonalem, ſcilicet ad perſonaliter
comparendum, ſine ſpeciali commiſſioni papæ
concedere [illegible] ſſ. verb. perſonaliter in cap. fin. de
dilatio. [illegible] d. deci. not. quòd regulariter 389. in
ant. licèt aliàs de iure delegatus poſſit ſine alia
ſpeciali commiſſione ſimiles citationes decer-
nere. cap. 1. de iu. libro ſexto, & ratio obſeruatio-
nis Romanę Curiæ eſt, propter præſentiam prin-
cipis, quem facilè adire poſſunt. Rota d. deciſ.
389. qualiter autem conſueuerit Signatura re-
ſcribere in hac ſpecie, & auditor citationem de-
cernere, docet Staph. de literis gratiæ & iuſtitiæ
cart. 140. & 179 à tergo vtriuſque.

## ANNOTATIONES.

Quod ſi.) *De citatione * per edictum, eiusque formu-*
a 9 *la, ſcilicet quòd publicè legatur, exemplarque ſiue origina-*
*lis ſcriptura (vt dici ſolet) affigatur. affixaque aliquot*
*per horas dimittatur, apud Mil. hæc docentem legere eſt in*
*verbo, Citatio quando committitur. Rot. deciſ. 223. in no.*
*licet in Romana Curia affixio & publicatio abſque ipſius*
*lectione de ſtylo ſufficiat, ſicuti Caſſad. teſtatur deci. 4. de*

dolo & cont. cuius meminit Vant. de null. ſentent. ex def.
cit. numero 133. cum ſequent. Quæ quidem citationis for-
mula, & quonam modo exequi debeat, traditur etiam in
vulgari illo libello, cui Formul. term. titulus inſcribitur,
pagin. 8. columm. 2. & 3. & copioſè infrà ab auctore, cap. 3.
atque à Tiraquel. de vtroque retr. §. 9. in 2. Gloſſ. numero
8. & ſeq. tum quoque à Papaz in additamentis ad deciſ.
Rotæ. 5. de reſcript. vbi ad vſque calcem hanc rem praxim-
que docet. & in deciſ. etiam 22. eod. titul. quomodo citatio-
nes, quæ non fiunt per edictum exequantur, deq; earum for-
mula. Et quoniam multa ad propoſitam materiam in me-
dium affert, eum legere non te pigeat.

Citatio.) In confeſſo eſt, in citatione * congruum b
tempus ad comparendum apponi debere, aliter ea nequa- 10
quam iure ſubſiſteret, vt à Spec. proditum eſt ti. de citat. §.
1. verſi. Item quòd facta eſt intra minus anguſta tempora.
ab Afflict. deciſ. 124. Ecce num. 3. & deciſ. 366. In pleno
num. 15. & Caſſad. deciſ. 3. de dilat. Conferunt, quæ ab Aret.
adnotantur in l. ſi mihi & tibi. §. ſi quis ſeruos, in fin. ff. de
leg. 1. atque à Felin. in c. quo ad conſultationem, de re iudi.
Cæterùm * ſi citatio abſque termini præfixione fieret, vtrũ 11
ne valeat, diſſidium eſt inter Doctores, tamen crebriore cal
culo confirmatur, eam validam efficacemq; eſſe, taciteq; in- Com. opi.
telligitur, vt congruo tempore citatus comparere teneatur,
ita Fel. in c. conſuluit de off. deleg. Alex. in l. liber homo. §.
1. de ff. verb. oblig. & Boer. deciſ. 235.

Quòd in.) In beneficialibus * ſummariiſque cauſis c
peremptorij ſolennitas non requiritur Clem. ſæpè, vbi Ioan. 12
Andr. in ver. Peremptoriæ de verb. ſign. & Abb. in ca. cum
olim, de teſt. In Romana autem * curia peremptorium in ci- 13
tationibus ex ſtylo apponi non ſolet, cuius ratio ex his ſumi
poteſt quæ à Rota traduntur deciſ. 245. licet Inno. atque
Fel. in c. conſuluit, col. 3. de off. deleg. Quia * poſt litẽ conte- 14
ſtatã omnes termini ſunt peremptorij, quib. cõuenit Vant. de
null.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

15 null.ſen.ex def.cit.nu.103.vbi * nu.105.aſsignat fall.quan
do beneficiarijs in cauſsis cæteris que ſummarijs peremp
rium requiratur, videlicet, cùm abſens ad totam cauſſam
tatur, quod Alexandri teſtimonio comprobat Reſponſo
libr.2.Et quia hac de re non nihil infrà dicetur, lib.ſeq.c
2.ideo, quæ hic deſunt, ab eo petenda ſunt. Nic.Ant.Gra
Cæterùm.) Citatio,* vt quis in iudicio ſui præſen
d fæciat, regulariter ciuilibus in cauſsis fieri nequaquam p
16 teſt, quoniam liberum comparere per ſe, vel per procura
rem citato eſſe videtur, ca.quærelam, de procur.l.1. & vbi
ff.eo.& not.in ca.1.de iud.in 6. Fallit tamen, niſi reus co
tumax eſſet, l conſentaneum, vbi Bartol.& alij C.quomod
& quan.iud; aut per ſententiam condemnatus ſi quis fuer
tunc etenim ipſius pro exequutione realis citatio fieri po
l.1.cum ibi not.C.qui bon.ced.poſ.& Bald.in l.per diuerſ
q.5.C.mand. Quod tamen rectè intelligendum erit,
ſeruato legis à Diuo Pio.§.in venditione.ff.de re.iud.&
quò ad conſultationem, vbi Abb.eo.tit.Fall.etiam, qua
reus fugæ ſuſpectus eſſet. Alex. & Iaſ.in l. cui iuriſdictio
num.19.ff.de iuriſd.om.iud.Fel.in ca.1.de iudic.idem
Iaſ.inſtit.de actio in prin.colum.2.vbi * latè congerit,
requirantur; vt debitor ſuſpectus capi, carceribuſque
17 poſsit, quæ quidẽ * realis citatio nullo pacto fieri poteſt
18 ſi iudicis præcedente mandato l.neminem, ibique ſcrip.C
exhib.reis.Bald.in l.ſi quando, quæſtio.12.C.de teſt.
re Pariſ.videas conſi.120.num.1.lib.4.Maria.Soc.tract.
citat.arc.20.num.25.vbi regulam ponit, quã dein quat
ampliat modis, & ſeptem limitat. & Afflict. in conſt.
Neap.Edictum.num.14. & 50.Nicol.Anton.Granatin.

De exequutione citationis ad partes decreta, etiam
per edictum publicum relatione exequutoris,
& vbi nulliter ſit exequuta, quibus
ſanetur caſibus.

CAP.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## CAP. III.

### SVMMARIVM.

1 *Citationis per edictum exequutio qualiter faciẽda ſit, & nu 4.*

2 *Citatio prima, non eſt procuratori intimanda, niſi in ſubſidium, & vide num. 10.*

3 *Citationis copia danda eſt, ſi petatur.*

4 *Citatio vbi publicetur, ſi tutus non pateat acceſſus, & num. 12.*

5 *Citatio per edictum in locis ſolitis affigenda eſt, & per aliquas horas etiam dimittenda.*

6 *Citatio tempore feriato fieri poteſt, ſed vide numero 13,*

7 *Citatio extra curiam quemcunque in partibus exequi poteſt, immò per ipſum principalem.*

8 *Citatio perperam exequuta, ſi ad partis notitiam peruenerit, valet.*

9 *Citationis relatio quid continere debeat, & numero 14.*

10 *Procuratori citatio fieri poteſt.*

11 *Locus vicinus quando dicatur.*

12 *Vniuerſitas quomodo citetur, & quid ſi ciues portam clauſerint, nè citentur.*

DEcreta iam citatione, & per actuarium expedita ac relaxata ad partes tranſmitti ſolet, vbi reus citandus degit, & ſi ad eum tutus pateat acceſſus in exequutione, * citationis eadem forma ſeruari ſolet, quam ſuprà in intimatione appellationis docuimus traditam in Clem. cauſſam de electio. Caſſa. decif. 1. de appel. num. 4. nempe contra perſonam principalis 1

cipalis ſi reperiatur. Quando autẽ dicatur poſſ reperiri, docent Butr. in c. cauſam de dolo & cõ tu. Bart. l. 3. §. prætor. ff. de damn. infec. aliàs in lo cis, de quibus in d. Clem. cauſſam & ſolitis etiam in ſerie & forma citationis deſcribi tempore quo populi multitudo conuenit. Caſſa. deciſ. de appellat. num. 3. *a* Immò extra formam dictæ Clem. valebit ſimilis exequutio citationis facta in cathedrali diœceſis, vel collegiatâ loci & lo co beneficij, licèt aliàs non conſtet de diligen tia reperiendi perſonam, dummodo pars, ad cu ius inſtantiam exequuta eſſet, iuret non potuiſ ſe perſonam principalis, vel procuratoris appre hendere, ſtabitur in hoc ſuo iuramento, pro va liditate exequutionis ipſius citationis Aeg. con clu. 319. in exeq. de iud.

*b* Admonemur * tamen, primam hanc citatio nem non eſſe procuratori, niſi in ſubſidium, in timandam, quia ſi non comparuerit, non potes mus contra principalem, ob ſolius procurator contumaciam, ad ea, quæ ſunt magni & plen præiudicij, vtpote ad diffinitiuam, ſed ad miſ ſionẽ tantùm ex primo decreto, & aliàs per vi punitiuam procedere Bartol. in l. quamuis, ff. de dam. infec. Butr. d. c. cauſſam.

*c* Amplius * danda eſt citato copia citationis, ſi illam petat, aliàs non arctat eum ad compare dũ veluti de copia appellationis ſuprà diximus, & in vim ſimilis exequutæ citationis nulliter procederetur Specul. in tit. de citatio. §. iam de citatio. verſi. hoc autem facto tex. in d. clem. cau ſam de electio. in fin.

Quòd * ſi ad citandum tutus non pateat ac ceſſus, vel aliàs caueat, ne citari poſſit, aliam ha

bemus

bemus in ſubſidium exequutionis formulam, quam ex gratia in exequutionem literarum apoſtolica autoritate decretarum Bonif. 8. in extrauag. vnica. rem non nouam. de dolo. & contu. & quam ad iſtos caſus coarctauit Cle. 5. in Clem. 1. de iudic. Qua exequutionis formula citationes huiuſmodi in audiẽtia contradictarum, vel in palatio apoſtolico publicè legi curamus, & exinde valuis baſilicæ diui Petri in vrbe, vel alterius maioris eccleſiæ, vbi contingeret Romana curia pro tempore reſidere, qua ſummi illi Pont. voluere ſic citatos ita ad comparendum arctare, ac ſi perſonaliter apprehenſi fuiſſent in dicta extrauag. vnica de dolo & contuma. & Clem. 1. de iud. exemplo eorum, quę in albo edicebant Prætores, toto tit. de albo ſcri. idq; ex violenta quadam præſumptione, quæ oritur ob hominum frequentiam, qui quotidie in præſcriptis locis verſantur, vt citationes ſi exequutæ pręſumantur, in citandorũ notitiam veriſimiliter tranſiuiſſe, Bonif. d. extraua. vnica de dolo & cõtu. §. 1. verſ. ius enim. More tamen introductum eſt, vt vltra publicationem ſeu exequutionem, in præſcriptis duobus locis Romanæ Curię, amplius in alijs duobus locis prouinciæ ſeu vicinæ citationes exequantur. Roma. conſil. 233. idque vt magis in notitiam citandorum tranſire poſſint, ac etiam, quod iure cautum ſit leges publicatas in loco, vbi ſunt editæ, non arctare abſentes, niſi in eorum quoque prouincijs publicentur, 18. diſtinct. decernimus gloſſ. dict. extrauag. vnica in verbo perſonaliter ibi. Item leges de dolo & contu. ſoletque hæc forma in ipſo citationis inſtrumento per auditorẽ præſcribi,

cui

cui conſuevit is, qüi decretum obtinet ad huc effectum duo loca prouinciæ citandi nominar, d & de viciniotibus, Caſſa. deciſi. 6. de dolo. contu. in princ. vbi habes, qualiter hæc vicinit conſideretur, reſpectu ſcilicet loci, in quo cita dus degit, non autem reſpectu prouinciæ vel r gni. Immò forma citationis tria habet in prou cia loca, & communis vſus de duobus reman contentus, quia Ro. Cu. inſeruit pro tertio. Ro de commiſſio. & citatio. ſi committatur 79. no. Aegid. concluſ, 194. ſi mãdatur de iud. Quo tamen intelliges in duobus ex tribus ſcilicet Romana Curia, & totidem in partibus, & ſic quatuor locis, nec alias ſatis eſſet quòd in vno Romanæ Curiæ, & in alio prouinciæ. Caſſa dec. 1. de dolo & contu. adeò quod ſi procederet contra contumacẽ, in vim ſimilis citationis ex quutæ in altero locorum vtriuſque loci, vel duobus locis prouinciæ tantùm, non etiam Ro manæ Cur. proceſſus pro nullo haberetur, Ca ſa. d. deci. 1. in fin, à quarum vltima exequution tantùm initium habebit terminus ad compar dum citationi adiectus, ab eius die computab tur, ad effectum vt cõtra ſic citatum validè pro cedi poſſit. Caſſa. d. deci. 1. de dolo, & cont. nu

9 Sed * & ſatis non erit, vt exequutor ſimilis tationis eam in debitis locis legerit, & public uerit, niſi inſuper eam quoque in valuis coru dem locorum adfixerit, & adfixam per aliq horas dimiſerit, nec ſufficeret adfixio copiæ, ſe originalis, cui pars credere tenetur, non aut copię. text. in d. clem. vnica de iudic. Rota de d latio. ſi committatur 223. in not. Caſſa. deciſi. de dolo, & contu. vbi etiam diſputat. An ſine

ctiom

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctione ſufficiat adfixio, idem Caſſa. deciſ. 1. de
appel. nu. 2. Roma. d. con. 233. *e* & ſimilis exequu e
tio debet eſſe publica, videlicet tempore, quo in
eccleſijs conuenit, & extat populi multitudo.
Caſ. d. dec. 1. de appel. not. in Cle. cauſâ. de elec.
adſtipulatur verbum publicare, publicum enim
non eſt, niſi ſit populicum. *f* Generaliter* autem f
omnis citatio quocunque tempore etiam feria- 6
rum generalium, vel alias die feriato, etiam in
honorem dei exequi poterit in curia, vel extra
in prouincijs. Caſſa. deciſ. 5. de dolo, & contu. &
licet his temporibus contradictarum audientia
in qua tanquam in albo prætoris hæ citationes,
vt ſuprà diximus, publicari ſolent, quieſcat. non
tamen cogitur litigator expectare tempora fo-
ri, & audientiæ in alijs, ſolentque nihilominus
curſores hoc tempore ſimiles citationes tempo
re, quo verſamur in foro decretas in acie campi
floræ, & valuis Cancellariæ apoſtolicæ loco au-
dientiæ contradictarum facere, & ex diuerſo ci-
tationes tempore feriarum decretas, ad libitum
litigatorum differuntur, ac adueniente tempore
negotij & fori in audientia contradictarũ pub-
licantur, prout is, qui pro exequutione & publi-
catione inſtant, mauult tempore decreti non a-
liàs inſpecto, quia ex antiqua obſeruatione Cu-
riæ vnus locus ſuccedit pro alio. Caſſad. deciſ. 5.
de dolo & contum. vſq; in fin.

Hæc* amplius & per quemcunque in parti- 7
bus poterunt in citationes extra curiam ſimpli-
ces, vel per edictum exequi, nec aliàs opus eſt
perſonam exequutoris qualificatam eſſe, vel a-
lias de comprehenſis in citationis inſtrumento.
Imò & per ipſum principalem, dum tamen de



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

exequutione huiuſmodi aliàs legitimè conſta-
re poſſit, tametſi videatur extra formam & per-
ſonas mandati contra l. diligenter. ff. mandati. c.
8 cum dilecta de reſcrip. Idque * ea profectò ra-
tione, quòd pro ſufficienti exequutione citatio-
nis, qualiſqualis exequutio, ſi tamen eius certa
notitia ſuperueniat ad ſanandam præcedentem
exequutionem nulliter factam ſatis ſuper erit
ad citatum textu. in dict. clement. cauſſam in fin.
de electio. Roman. conſilio 360. & alio. 410. Ro-
ta de procur. ſi de mandato 271. in nota. & vbi au-
ctoritas legis deficeret, hoc idem ex conſtitutio-
ne Innocent. 8. de facultate auditorum Rotæ de-
fendi poterit, quibus ea bulla indictum eſt audi-
tores cauſſarum conſtito eis, quòd citatio per
eos decreta minus legitimè exequuta ad partis
notitiam peruenit, poſſint ad expeditionem cau-
ſarum huiuſmodi abſque alia commiſſione per-
inde ac ſi citatio legitimè exequutioni manda-
ta foret procedere. Quæ conſtitutio Innocen-
tij non aliàs generaliter loquitur, ſed dum ta-
men iſta notitia citatio ante obſeruationem ter-
minorum ſuperueniat. Innocent. ibidem, ſatiſ-
que erit, vt hæc notitia quoquomodo probetur,
dum modò plena, & certa, Staphil. dd. cart. 145.
à tergo, & inter alia ſolet quoque ſatis probari
per comparitionem ſic citati, vel procuratoris
ſui poſt diem ſimilis citationis conſtituti eo e-
nim ipſo præſumemus eum ſciuiſſe ſe citatum,
& citationis notitiā habuiſſe indubitatam. Ro-
ta de procurat. ſi de mandato 271. in nota. Aegi.
de præſumpt. qui per ſe 364. Quæ tamen tu intel-
liges, vbi à principio qualiſqualis præceſſiſſet
exequutio, ſecus vbi omiſſa eſſet in totū, Clem.
paſtora-

paſtoralis verſic.cæterùm de re iud.vbi Card. 4. notab.Staphil.car.145.à tergo.

g Cæterùm * quiſquis fuerit citationis exequutor, non aliàs officio, & relationi ſuis faceret ſatis, ſi ſimpliciter ſuo inſtrumento referat citationem fuiſſe exequutam, pro vt in literis citatorijs, cum multiplex exequutionis forma ſeu modus tradi ſoleat, quia niſi exequutor exprimat quem fuerit ſequutus modum, in certa & obſcura remanet relatio ſua Aegid.concl.200.ſi commiſſarius de rę iudi. g 9

## ANNOTATIONES.

Immo.) *Vide ſuperioris libri caput ſextum, quæq́ ibi adieci ſub lit. B. & F.* a

Admonemur.) *Iaſ. verò in l. eum qui, numero 1. C. de procur. communem opinionem eſſe, ait, quòd * prima citatio à procuratore incipere poteſt, & ſi hæc comm. nonnullas admittat limit. vt ibi. Qua de re vide etiam Mil. in verbo citatio, verſic. 1. & Rotam deciſ. 395. Fuit dubitatum, in no. vbi procuratorem, quamuis generalem à principio cauſſæ conueniri poſſe concluditur. Verùm ſi petierit, dominum ſe conſulturum, dilatio ei nequaquam deneganda erit. Bart. autem in l. quamuis. col. vlt. de dan. inf. cui Dec. conſentit, conſi. 460. col. vlt. voluit quòd in his tantùm, quæ leuis ſunt præiudicij procurator in principio citari queat, Sed à communi vtique opinione recidendum eſt minimè, cautius tamen eſſet, & ita conſulerē, ſi dominus à principio citetur, præſertim arduis in cauſſis, ſatis quidem communis opinio arctaretur, ſi Bartholo hæreamus, & ſi Iaſ. etiam citato loco ſic commu. hanc temperet. Nicolaus Antonius Grauatius.* b Com.opi. 10

Amplius.) *Huc pertinent, quæ ſuperiore libro auctor dixit, & nos quoque annotauimus ſub litera F. c. 6. eò igitur recurras, ne eadem repetamus.* c

Et de vicinioribus.) *Locus * vicinus quando dica-* p

11 *tur, Doct. docent in Clemen. 1. de iudica. Aegid. deciſ. 188. n*
*citatus, & Rota deciſ. 522. Nota quod ſi committatur, in an-*
*tiq. & 79. ſi committatur. Inno.*

e Et ſimilis.) *Hinc egregiè dixit Bald. loquens de cita-*
12 *tione pro edictum vniuerſitati hominum facienda, in l. eti*
*co. 3. C. de exe. rei iud. quòd.* * *ea per edictum citari debere*
*loco affixum, vbi populus congregari conſueuit, & ſi ciuita-*
*tis portas ciues obſeruauerint, ne ingredi nuncius valeat,*
*tunc in aliqua porta edictum affigere ſat erit Ibique etiam,*
*quòd ſi tutus acceſſus non fuerit, ſufficiet in loco conuicino*
*edictum figere. Qua de re legas quoque Luc. Pen. in l. pro-*
*uincialium, C. de erog. milit. annonæ. lib. 12. Nic. Ant. Gra.*

f Generaliter.) *Citationem* * *die feriata etiam in ho-*
13 *norem Dei exequutam efficaciam habere, Bart. prodidit (ſi*
*tamen illa à Principe emanauerit) in l. ex quacunque, ſub.*
*vltim. ff. ſi quis in ius voc. non ier. Vnde non immeritò ſi in*
*principis curia exequutioni mandatur, & huic opinioni Lan-*
*fran. ſe ſubſribit in cap. quoniam contra, in ver. Citat. in fi.*
*de probat. & ſi alia ratione moueatur Rota deciſ. hic per*
*auctorem allegat. Cæterùm de iure citationem die feriata*
Com. opi. *in honorem Dei exequutam non valere, eſt communis con-*
*cluſio, vt in d. l. ex quacunq; ſcrib. autumant, & notat Abb.*
*in ca. conqueſtus, de fer. Doct. in l. 1. §. nunciatio. ff. de nou.*
*oper. nunc. & in l. fin. C. de fer. & de communi etiam opi-*
*nione Lanfran. præcitato loco teſtatur, verſi. tandem quæri-*
*tur. Licet Ioan. And. in d. cap. conqueſtus, dixerit vſu rece-*
*ptum eſſe, citationem die feriata exequutam valere, dum-*
*modo die iuridica nuncio fuerit commiſſa. Quod & concinit*
*Bald. qui de conſuetudine quoque teſtatur in praxi in titul.*
*de citat quæſtio 7. Quæ quidem conſuetudo viget in Roman.*
*Curi. veluti Auctor hic, & Vant. quoque de null. ſentent.*
*quibus mod. ſentent. null. numer. 119. aſſerunt, & Guido Pa.*
*deciſ. 225. An exequutio. Verùm ſi quæſtionem hanc*
*pingui Minerua legere velis, quia non pauci contra commu-*

nem

nem ſententiam inficias iere, videbis Tiraquell. de vtroque retractat. §. triceſimo ſexto, ad finem tit. num. 79. cum ſeq. ille enim more ſuo, (fuit procul dubio omnimodo vir lectionis, diligentiſſimæque obſeruationis) egregiè ac copioſè rem explicat. Quam quidem com. opin. temperabis, vt modò de principe diximus, nec non quoties citatio fieret pro cauſſa, quæ die feriata tractari poteſt, & quæ ſint eæ cauſſæ, videbis in l. 2. & 3. ff. de fer. notant Doct. in d. l. ex quacunque. Nico. Anto. Grauatius.

Cæterùm.) *Huc quoque vergunt, quæ ab Alexand. ſcribuntur conſi. 2. libr. 3. & in l. 4. §. Prætor. ff. de dan. inf. & iterum conſi. 201. libro 2. & conſil. 137. eod. lib. & à Mari. Socin. in tractat. de citat. art. 13. numero 4. Et hoc, quod Veſtr. ait, in relatione citationis per edictum locum habet, ſecus vero in aliarum citationum relationibus, vt per Abb conſil. 28. lib. 1. & Dec. conſi. 538. viſo puncto. numero. 7. Nicol. Anto. Graua.*

## De dolo, & contumacia.

## CAP. IIII.

### SVMMARIVM.

1 Citatio per edictum non circumducitur, actore neque reo die indicta non comparentibus, quò ad futuros actus, ſed tantùm quo ad illum, qui indictam habuit diem.

2 Actore non comparente, quomodo contra eum procedatur, & nu. 16.

3 Contumax ad nouam citationem non admittitur, niſi caueat de comparendo in termino.

4 Reo non comparente quid agendum ſit, quomodoq; in eum procedendum.

5 Citationis exequutæ relatio prius facienda eſt,

quàm iudex in contumacē procedat. fallit tam.

6 Citatio ſi verbo tantùm producatur, multiplex poteſt eſſe eius vtilitas.

7 Concluſio operatur, vt vlteriori probationi renunciatum eſſe videatur. fall tamen, vt num.

8 Citatio contra putantes intereſſe non arctat ad comparendum, niſi quatenus citatus velit.

9 Contumax comparens admittitur ad cauſſam in ſtatu, quo ea reperitur.

10 Paupertas quando excuſet, & quando non.

11 Reſtitutio in integrū intra quadrienniū petēda.

12 Beneficiario mortuo, quomodo in lite procedendum.

13 Reo mortuo pendente iudicio, quomodo in cauſa procedendum erit.

14 Citatio neutro comparente circumducitur. fall. tamen.

15 Citatio generalis ad totam cauſſam fieri poteſt, limitatur tamen.

16 Contumax non auditur, niſi refectis expenſis. & aliàs, vt nu. 20.

17 Contumax vt quis dicatur, neceſſe eſt ipſius contumaciam accuſare.

18 Contumax quo caſu non punitur.

19 Sententiæ formula & petitionis, abſolutionis ab inſtantia iudicij.

21 Appellari an poßit à condemnatione expenſarum ob contumaciam.

22 Expenſæ contumaciales præſtātur, etiam ſi contumax iuſtam litigandi cauſſam habuerit, & quæ expenſæ veniant.

23 Ci-

23 Citatio vt valeat, quæ conſideranda ſint.

24 Citationis exequutæ relatio die feriata fieri non poteſt.

26 Probatio nulla maior, quàm per rei euidētiam.

27 Paupertas à contumacia excuſationem præſtat multis & alijs in caſibus.

28 Iudex pauperi teſtes producere non valenti, ſubuenire debet.

29 Pauper quis dicatur, arbitrio iudicis committitur.

31 Pauperum cauſſæ gratis audiri debent.

32 Pauperi prouidendum eſt à iudice de aduocato, aliàs mortaliter peccat.

Aduocatus gratis pauberi patrocinari debet, aliàs peccat. ibidem.

33 Pauperi appellanti gratis danda eſt actorum copia.

34 Reſtitutio in integrum infra quadriennium peti debet, & quando iſtud quadriennium currere incipiat.

35 Tempus quadriennij ad petendam reſtitutionem in integrum non currit, donec prælatus viuit, qui rem Eccleſiæ malè alienauit.

36 Læſio enormis & enormiſſima quæ dicatur.

37 Mandatum procuratoris in beneficialibus expirat per mortē mandantis, etiam re non integra.

38 Iudicium contra mortuum, etiam ſi per viuentē defendatur, eſt nullum. fall. tamen vt num. 41.

39 Mandatum morte mādantis an & quando expiret?

40 Res integra quomodo intelligatur

41 *Iudicium mortuo principali valet cum procu-*
*tore, ſi is tamen dominus litis effectus fuerit.*

1 CItatione * in partibus legitimè intima-
ta, & exequuta, aliquando euenit, vt neu-
tra partium compareat die indicta, nec a-
liàs hoc caſu, prout iuris eſſet, circumduce-
tur citationis edictum, neque mutuæ contuma-
ciæ fieret compenſatio, iuxta l. ſi ambo ff. de
compen. Sed ſi poſt eam diem altera partium
comparuerit, poterit nihilominus contra aliam
non comparentem, etiam ſine alia citatione,
prout ſuprà docuimus procedere, idque ea ra-
tione, quòd ſimiles citationes Rom. Cu. vt alias
diximus, non conſueuerint fieri ad certum actu
tãtùm. quo caſu procederet text. in d. l. ſi ambo.
ſed ſunt potius generales ad ſingulos actus & to-
a tam cauſam. *a* Quamobrem licet per non com-
paritionem vtriuſq; effectum circunductionis
b admittamus, operaretur tantum reſpectu illius
primi actus, qui diem habet indictam, & quo ad
reliquos actus citatio ex ſua generalitate rema-
nebit adeò efficax, vt quandocunque actor, vel
reus comparuerit, poterit contra non compa-
rentem, tanquam contra contumacem, vſq; ad de-
finitiuam incluſiuè procedere. Roma. conſil. 70.
arctat enim ad duo ſimilis citatio. *b* Primùm eſt,
ad camparendum ſimpliciter: alterum, ad com-
parendum certa die: cap. cum dilecti. §. ſed con-
tra. ver. præterea cum mãdatur de dolo & cont.
Quòd ſi neutra pars die indicta compareat, cir-
cunducitur edictũ quò ad comparitioné certa
die, & remanebit alia dies citationis, quò ad ſim-
plicé cõparitioné, ad tex. cum no. in c. conſuluit
de off. dele. in qua ſi quis litigatorũ fuerit contu-
max,

max, poterit contra eum, tanquam cõtumacem procedi, niſi iudex vellet de benignitate eum, vel expectare, vel de nouo citare d. ca. conſuluit cum nota. Rota de reſcript. licet impetrans 345. in no.

c Quod * ſi reus compareat, non etiam actor. Siquidem ſi ante reproductã citationis exequutionem, formulam procedendi pro reo, vbi citatio non actori met, neque certo, ſed aſſerto duntaxat eius procuratori decreta fuiſſet, ſatis ſuprà, titulo ſecundo docuimus, modò docenda eſſet formula proceſſus pro eodem reo, vbi citatio actori met, vel legitimo eius procuratori fuiſſet decreta, abſtineretque à reproductione & proceſſu, quo caſu conſueuit Palatium, & ſi ſibi de citationis exequutione non conſtet, propter præſumptionem, quæ oritur ex comparitione rei, credere aſſertioni ipſius rei, de exequuta citatione, medio tamen iureiurando, & cum ſimili iuramento admittere reum comparentem ad proſequutionem cauſæ contra actorem, ac etiã vbi actor, nullo dimiſſo procuratore acceptante à Romana curia receſſiſſet, reo ſic admiſſo, proceſſum per audientiam contradictarum tanquã contra contumacem concedere. Rota deciſ. 402. actor præſens de reſcri. & de dolo & contum. in no. Et vbi cauſſa ſit talis, quæ litis conteſtationẽ deſideret, & reus non aliàs reperiat libellum oblatum, dabitur reo condemnatio expenſarum aduerſus actorem non comparentem abſque alia citatione, ac etiam ſi voluerit abſolutoriam ab inſtantia iudicij, ſed d noua erit opus ad hoc actoris citatione, iuxta not. per Inn. in ca. conſuluit de off. dele. at ſi reus libellum reperiat obla-

c
2
d

tum, & dabitur condemnatio expenſarum vt ſu-
prà abſque alia citatione, non etiam abſolutoria
ab imperitis, niſi actore rurſus ad hoc citato, In-
no. d. c. conſuluit. Rota deciſ. penu. in anti. Quòd
ſi cauſſa talis ſit, quæ litis conteſtationem non
deſideret, vtpote beneficialis, vel aliàs ſpiritua-
lis, & dabitur reo ſic citato, vel appellato in ter-
minis, Clem. cauſſam. de electio. contra actorem
vel appellantem in terminis dictæ Cle. non com-
parentes, abſolutoria ab impetitione eiuſdem a-
ctoris, ſi modò reus, vel citationem reproductã
reperiat, vel ipſe de eius exequutione aliàs legi-
timè doceat, & ſimiliter appellatus, vel inſtru-
mentum appellationis eiuſdem, vel productum
reperiat, vel ipſe producat, ſin autem reus non
aliàs reperiat citationem ac eius exequutionem
reproductam, & velit admitti ad proſequutio-
nem cauſæ medio iuraméto ſuo, vt ſuprà admit-
teretur, ſed cum temperamento, ſi modò reus
per aliquod temporis ſpacium, poſt decretam
citationem compareret, vel procuratorium mit-
teret, ita vt infra illud veriſimiliter citatio ex-
qui potuiſſet, aliàs expectari ſolet reus per ali-
quod tempus arbitrio auditoris. Si verò reus
nollet iurare, non aliàs daretur ſibi abſolutoria
ab impetitione actoris, ſed ab inſtantia iudicij,
cum temperamento tamen, de quo ſupra, Rota
d. deciſ. 402. vſque in finem, ſi actor præſens de
e dolo & contum. in no. e Admoneo tamen quòd
in caſibus, quibus reo condemnatio expenſarum
tantum dabitur, poterit etiam obtinere decre-
1 tum, quòd * actor ad nouam citationem non ad-
mittatur, niſi idoneè caueat de comparendo in
termino, ad tex. cũ materia in cap. actor de dolo
& cont.

& contu.in 6.Comparitionem autem intelligas indefinitè, prout indefinitè prolata eſt, in ca.actor, videlicet cum perſeuerantia vſque ad finẽ litis, gl.ibidem verbo ſufficienter, auth. generaliter. C.de epi.& cle. Cautionem denique intelliges idoneam, videlicet datis pignoribus, vel fideiuſſoribus.l.ſi mandato.§. ſi.ff. mand.niſi talis eſſet actor, qui ſimilis cautionis facultatem non haberet, tunc enim iuratoriã dabit.c.per veſtras, de do.poſt diuor.reſti.d. auth.generaliter.C.de epiſ.& cle.not.per gl.verbo generaliter. Inno.& alij in d.c.actor de do.& cont.

Quòd * ſi actor compareat, reus verò non, & 4
tunc quia ſimiles citationes Romanæ Curiæ, vt ſuprà diximus, ſi de beneficio ex diſpoſitione iuris & natura cauſæ, & quauis alia re agatur, ex præſcripta obſeruatione curiæ habent in ventre peremptorium, abſque alia eius expreſſione, Rota deci.245.de ſent.& re iud.licet in cauſis in no. poterit contra illum vſque ad ſententiam incluſiuè per audientiam contradictarum procedere, Rota d.deciſ.245.de cita.& de cita.nota quòd aliquis abſens 638.in ant.Aegi.de iud.fuit citatus conclu.310.Amplius poterit nedum ad ſententiam, ſed etiam ad exequutionem, contra ſimilem contumacem procedi, etiamſi alia opus eſſet commiſſione dependenti, tam in cauſa principali, quàm in articulo exequutiuo. Quæ minus eſſet alia, quàm per ſimilem audientiam contumaci intimandam, Rota deciſ.115.in vim commiſſionis de reſcript. ſeu commiſſio, in not. Immo citationes, quæ ſolent per ſimilem audientiam fieri, ſunt magis vrbanæ, quàm neceſſariæ, Rota d.deciſ.345.quare ſi aliqui per audientiam

omit-

omitterentur termini, non vitiaretur proceſſu
Aeg.d.conclu.310.

f ſ Admonemur * tamen, quòd non poterit iu-
5 dex contra reum ſic citatum, tanquam contra
contumacem, per ſimilem audientiã procedere
niſi de exequutione citationis fuerit ſibi prius f
cta relatio, & ſi poſt aliquem actum fieret, no
tamen conualeſceret actus, ſic nulliter geſtu
Bar. l. hoc autem. §. 1. ff. ex qui. cau. in poſſ. ea. in
l. multum. ff. de cond. & demonſt. Inno. in c. cùm
contingat de offic. de leg. Bal. in l. conſentaneum
col. fin. in fin. C. quomodo & quando iudex, quæ
tamen perpetua non ſunt. Finge quod ſi expecta-
retur relatio, mora periculi eſſet. Rurſus quod
iudex ex aliqua præſumptione credidiſſet parté
citatam, licet adhuc de relatione nuncij ſibi non
liqueret, tunc enim, ſi iudex ante relationem ad
aliquos actus procederet, conualeſcerent omni-
nò per relationem ex poſt facto ſuperuenientẽ,
Bald. in l. falſus, C. de furtis, ideò inoleuit prax
in palatio, vt pro iſta credulitate iudicis, ſatis ſi
allegare citationem exequutam, quam allegati-
onem practici vocant productionem verboſa-
ctam, ea enim ſolent cauti procuratores vti etiã
vbi citationem iam exequutam haberent in ma-
nibus, idque ſub ſpe futuræ comparitionis cita-
ti, quæ ſi contingeret, releuaret actorem à reali
productione eiuſdem exequutionis, is enim, qui
poſt emanatam citationem comparet, præſumi-
tur citatus. Aegid. præſumptio. conclu. 364. &
contra ipſum, vel eius legitimum procuratoré,
ſic comparentem, poterit auditor, ad quem nul-
la exequutio citationis, vel eius relatio peruc-
niſſet procedere. Rom. de cita. ſi aliqua cau. 631.
in

in ant. imò dicit collector, quid ex obſeruatione
palatij valeret ſimilis proceſſus, etiam ſi procu-
rator comparens non aliàs ſpeciale, dum tamen
aliàs ad ſubiectam cauſſam ſufficiens haberet
mandatum, idque etiam ſi talis procurator non
ſponte comparuiſſet in cauſſa, ſed per actorem
repertum in curia, ante reproductam relationẽ
exequutionis contra principalem factæ ad cauſ-
ſam huiuſmodi traheretur. Quo caſu ſuadet col
lector ibi cautius eſſe, ſi actor procuratorem ſic
repertum & citatum compelli procuret iureiu-
rando reſpondere, ſi ſciat, vel credat, citationem
contra principalem ſuum fuiſſe in partibus exe-
quutam, ex hac * practica producendi verbo tan 6
tùm citationem multiplex poteſt eſſe producen-
tis vtilitas; Prima, quòd plerunque citationes in
partibus non ſat legitimè exequuntur, nonnun-
quam defectus eſt in relatione exequutoris, quo
caſu, ſi realiter ante rei comparitionem reprodu
cerẽtur, poſſet reus, vel eius procurator, ad cauſ-
ſam miſſus, antequam compareret, & manda-
tum daret, reſcire defectum relationis, vel exe-
quutionis, & proinde à comparitione abſtinere;
Quòd ſi verbo tãtùm reproducatur, habet actor
intentum facultatis producendi contra reum,
tanquam contumacem, nempe proceſſum per
audientiam contradictarum, abſque realis cita-
tionis reproductione, ſaltem vſque ad concluſi-
onem in cauſſa, & ita reus magis vrgetur ad com
parendum. Dixi g autem vſque ad concluſionem 8
in cauſſa, * quia per eam vlteriori probationi re- 7
nunciamus ad ca. cùm dilectus, de fide inſtr. ca. 2.
de reſti. in integ. lib. 6. clem. ſæpè de re iudi. quã-
obrem ſi citatio realiter reproducenda ſit, & per
teſtes

teſtes relatio exequutoris recognoſcenda, veluti ſpecies probationis non eſſet vlterius differenda, niſi fortè diceremus, quòd iſta verbalis reproductio, facta in termino faceret realem termini ſubſequutam retro trahi, ita, vt fingeretur facta in termino, ad nota. per Bald. in cap. 1. in princ. extra de fide inſtrum. per Felin. in cap. licet cauſam, col. 13. in prin. extra de probatio. Altera vtilitas eſt, quæ ex verbali hac productione reſultat, & certior, quòd ſi reus ante realem reproductionem compareat per ſe, vel procuratorem legitimum, propter præſumptionem exequutę citationis, quæ vt ſuprà diximus, ex comparitione oritur, releuaretur actor à reali hac citationis & exequutionis productione. Rota deciſ. prædicta 637. in anti. & conſequenter ab impenſa regiſtri, quæ in regiſtratura ſimilis reproductionis tenoriſque dictæque citationis, & eius exequutionis, necnon examinis teſtium ſuper recognitione aliàs fieret, quæ eſſet ad minus duorum aureorum.

h *h* Addo, quòd minus poterit actor contra reũ ſic citatum, & non comparentem, tanquam contra contumacem per audientiam contradictarum procedere, vbi citatus eſſet vigore clauſulæ, omneſque alios ſua intereſſe putantes, vel ſi nominatus eſſet in citatione, non tamen ſimpliciter, ſed cum conditione, quatenus prætenderet intereſſe, idque ea ratione, quòd * ſimilis citatio non arctet ad comparendum, niſi quatenus citatus velit ad cauſſam venire, eſt enim monitoria potius hæc citatio, quam arctatoria ad not. per Inno. & Hoſt. in ca. dilecti, de exceptio. Quod ſi cõtra eum procederetur, proceſſus eſſet

nullus,

nullus, tanquam fundatus in contumacia, quæ non erat, c. ſanctæ Mariæ de conſtit. ca. inter quatuor de maio. & obed. ca. 1. & ca. quoniam ergo, vt lite non conteſta. Fateor tamen, quod ſibi præiudicaret ſententia pro actore, contra alios non comparentes, data ad effectum, vt volens poſtea agere, impediatur, idque quod ſciuerit & paſſus fuerit eius cauſſam agi, nec perſonaliter citatus poſſet prætendere ignorantiam proceſſus, argu. dict. cap. quamuis, & ca. ſuborta de re iudi. & l. ſæpe, ff. eo. titu, non tamen ad effectum, vt ſi poſſeſſor eſſet, impediatur retinere rem, vel beneficium, de quibus ageretur. Nunquam enim ſimilis ſententia, tametſi apta impedire, vt ſic citatus non agat, ſatis erit ad impediendam retentionem, ſed ad hoc, vt ſimilis ſententia contra ſic citatum exequi poſſit, non eſſet ſic generalis & incerta, contra omnes intereſſe putantes ferenda ſententia, inſtit. de actio. §. curare, l. prima de ſenten. quæ ſine certa quanti. per totum. Quæ omnia procedunt, vbi quis non eſſet in citatione nominatus, ſed vigore præſcriptæ clauſulæ generalis citatus eſſet per exequutionem in ſpecie quæ exequutio in Ro. Cu. de æquitate toleratur, ſecus autem, vbi fuiſſet in citatione à iudice nominatus, Rot. de cita. & dilat. ſi impetretur 419. quam pro prædictis omnibus omninò videbis, vbi etiam collector ſuadet pro conſilio actori, qui contra ſic citatum proceſſiſſet, vt obtineat commiſſionem reualidatoriam proceſſus, & refert collector fuiſſe in ſuo caſu conceſſam, licet vt ipſe credit minus iuſtè.

Verùm * ſi reus cœpto iam proceſſu, per actorē ſuperueniat, videamus qualiter audiendus ſit 9

in qua-

in quauis parte iudicij,& admitti ſolet ad cau-ſam in ſtatu, in quo reperit eam, nec alias præce-dens eius contumacia mulctari ſolet, niſi quò actus facti tenent, in eius præiudicium poſtq. ſciuit cauſam ſuam tractari, nec poteſt præte-dere ignorantiam, argum. d. c. quamuis, &c. ſu-orta de re iud. & l. ſæpè, ff. eo. tit. Præiudiciu-autem poteſt eſſe multiplex. Finge, quòd acto-in teſtium examine properaſſet abſque interro-gatorijs rei, præiudicarent enim, ac ſi cum eis ex-aminati eſſent, ſuccurreretur tamen in hoc reo, ſi vellet teſtes expẽſis ſuis ſuper interrogatorijs repeti. Rurſus finge, quòd poſt terminum ad ar-ticulandum ritè & rectè ſeruatum ſuperueniret, non poterit amplius dare obiectus, Rota decl. ſo. num. 6. in vltimis in fin. Idem ſi poſt dilatio-nes datas ſiue terminos, vt aiunt ſeruatos, qu. non concederetur de nouo, neque vlterius exp-ectabitur, niſi inquantum videbitur auditori. I-dem quoque ſi poſt vnam, vel plures ſententi-latas compareat, quia connumerabuntur ad co-ſtitutionem trium & rei iudicatæ, idem de-ſi poſt latam ſententiam, lapſaque tempora a-appellandum, quia præiudicabit ſibi lapſus te-poris, & amplius non appellabit, prout inferiu-dicemus. Quod ſi ſuperueniat reus contuma-poſt primam ſententiam, infra tempus tame-ad appellandum audiri ſolet ſimpliciter appe-lans, abſque vlla expenſarum refectione, pr-mulcta ſuæ contumaciæ fuerit perſonaliter, a-liaſve in exequutione citationis apprehenſus, ſi verò poſt tempora ad appellãdum ſuperueniat, & tunc aut reus in axequutione citationis perſo-naliter fuit apprehenſus, & non alias via ordi-

naria

naria appellationis audiretur, ſed extraordina-
ria reſtitutionis refectis, dum tamen expenſis, in
quibus actorem fatigauit, argum. tex. in cap. ex-
ceptionem de exceptio. nec aliàs cogeretur hoc
caſu dimittere poſſeſſionem, & iudicato aliter
parere, quaſi cauſa non fuerit, parte abſente, ple-
nè diſcuſſa, cuius merita partium aſſertione pã-
duntur, l. fin. C. ſi per vim, vel alio me. Aut non
fuit reus contumax in exequutione citationis
perſonaliter apprehenſus, & tunc non erit neceſ
ſaria via reſtitutionis extraordinaria. Sed pote-
rit reus ſimpliciter à die notitiæ appellationem
emittere, & ſignatura dabit commiſſionem ſim-
plicis appellationis cauſſæ à die habitæ notitiæ,
cum clauſula tamen, prout de iure, Rota de ap-
pell. cum iura. 303. in not. Si verò reus contumax
ſuperueniat poſt duas vel tres conformes, per au
dientiam, latas, tunc propter nimiam contuma-
ciam partis non daretur reſtitutio, niſi cum clau
ſula, Parito iudicato, ad tex. in l. fulcinius, §. fin.
ibi propter nimiam coutumaciam, ff. ex quibus
cau. in poſſ. eatur. Quæ clauſula importat di-
miſſionem poſſeſſionis, reſtitutionem fructuum
perceptorum, & expenſarum litis ſolutionem,
mitigaretur tamen iſte rigor, vbi reus contumax
allegaret paupertatem, ob quam ſignatura daret
ſibi commiſſionem reſtitutionis dilata, ſeu re-
ſeruata in fine litis fructuum & expenſarum ſo-
lutione, ſub hac formula reſcripti. Placet D. N.
Papæ dimiſſa poſſeſſione conſtito, de oratoris
paupertate; Paupertas enim, & ſi à reſtitutione i
fructuum & expenſarum ſolutione excuſet, nõ 10
tamen à dimiſſione poſſeſſionis, quam poſt reus,
quantumcunq; pauper, facilè dimittere, ad text.

in cap.olim de reſti. ſpolia. quæ procedunt eti, vbi aduerſus tres conformes reſtitutio pete tur. Caſſa.deciſ.10.de reſcrip.qui etiam ſtrictiu loquitur, vbi ſcilicet latæ eſſent, non per audie tiam, ſed in contradictorio iudicio, in qua reſti tutionis ſpecie mos Signaturæ fuit, ſi cauſſa be neficialis ſit, reſtitutionem gratioſè conceder quòd ſi prophana, cauſam reſtitutionis dúrant iudicibus committere, prout de iure, Staph. de lit.gra.& iuſt.car.163.

k k Generaliter * autem volentibus via reſtitu

11 tionis audiri, præfinitum eſt à lege tempus qua drienníj, ad tex.in l.fin.C.de reſti. in integr. idq etiam ſi eſſet eccleſia, ad cap. 1. eod. titul.in 6. computabitur à die vltimæ ſententiæ. Rot. de reſt.integ latis tribus 165.in no.quòd ſi poſt qua driennium contumax veniat, etiamſi eccleſia eſ ſet, non admitteretur, niſi iuſta ſubeſſet cauſa ex qua condemnatus veniret de iure etiam poſt quadriennium audiendus, vtpote ratione legiti mi impedimenti, ad text.in dict.cap.1.de reſtit. in integ.in vi.cum no.quo caſu opus eſſet, impe trantem in commiſſione de lapſu quadrienni mentionem facere. & pro obtinenda reſtitutio ne, vel eius commiſſione, iuxta naturam cauſſæ narrare, quòd iuſta ſubeſſet cauſſa, & ſignatura ſuper omnibus reſcriberet, prout de iure, vt ſu prà docuimus.

l l Cæterùm mortuo reo, in quacunque parte iudicij, ſi cauſſa beneficialis ſit, ſolet palatium actori concedere proceſſum per audientiam con tradictarum, contra intereſſe putantes, ad effe ctum non ſolum adiudicationis beneficij, vel ad relaxationem fructuum fortè ſequeſtratorum

Rota

Rota de reſcrip.in cauſſa beneficiali 144. in not.
verùm etiam ad effectum abſolutoriæ, quæ po-
teſt eſſe vtilis ad multos effectus, Caſſa.deci.1.de
ſenten.& re iud.nec vlterius citandus eſſet pro-
curator defuncti, etiam dominus litis effectus,
Caſſa.d.deciſ.de appellatio.nu. 3. *m* Secùs * pro- m
phana, in qua citandi ſunt hæredes, ſi qui appa-
reant, ſin autem dandus eſſet curator hæreditati 13
iacenti, *n* niſi fortè ſuperſtes eſſet aliquis defun-
cti procurator, q dominus litis effectus fuiſſet, n
contra quem poſſet in ſimili cauſſa ad vlteriora
procedi, & ſententia contra eum lata hæreditati
præiudicaret, prout etiam tenuit Rota meo tem
pore, & me inſtante, in vna Veneta bonorum in-
ter illuſtrem dominum Comitem Pitiliani cli-
entem meum, & dominos de Allidoſijs ex altera
coram.R.P.D.Aquen.

## ANNOTATIONES.

Quamobrem.) *Tametſi * citatio, nentro comparente,* a
*circumducta ſit, & perinde habeatur, ac ſi nulla interueniſ-* 14
*ſet, l & poſt edictum. §.3.ff.de iudic. & capit.1. de dolo &*
*contum, in 6. poterit nihilominus in hac citatione per edi-*
*ctum ad ſubſequentes actus procedi, cumque illa, quò ad pri-*
*mum annum, tantùm abolita videatur, vt pulchrè Mil in*
*verbo citatio tamen, colum.4. atque V ant. de null. ſent. ex*
*def.cit.numer.111 ſcriptum reliquere, & conferunt ad hæc,*
*quæ ab Inno.ſcribuntur in cap conſuluit. de offi.deleg & in*
*c.auditis, de procur. & ab Affl.deciſ 366.num.4. Nicolaus*
*Anto.Grauatius.*

Primum.) *Aduerſus * generaliter ad totam cauſſam*
*citatum, & comparere contemnentem, abſque alia citatio-* b
*ne, vſque ad ſententiam procedi poſſe, Doct. autumant: inter* 15
*quos Spe.ti.de citat. §. viſo. vbi Ioan. An. Mil in verbo Cita*

 tum

*tatus ſpecialiter ad vnum. Abb. in cap. fin. colum. 3. de*
*Verùm in Rom. Cur. ſtylus viget, contra talem contuma*
*decernere proceſſum per Audientiam contradictarum, &*
*le per edictum, ad omnes citatur actus, Rota deciſ. 69.*
*re. & deciſ. 220. licet, in no. Felin. in ca. quoniam frequ*
*ter, §. porrò numer. 20. vt lite non conteſt. & Vant. de*
*ſent. ex def. cit. num. 110. Intelligas tamen hanc genera*
*citationem ad totam cauſſam tunc fieri poſſe, cùm longiu*
*ſtant, qui citantur, ſic Abb. ait in dict. cap. vltim. cui aſſi*
*lautur Alexand. in l. qui ante cal. ff. de verborum oblig.*
*& Iaſ. in l. nec quicquam, §. vbi decretum, in decima lim*
*numero 37. ff. de offic. proconſ. & eſt communis opinio,*
*ranta atteſtante in praxi in 2. part. in verb. Citatio, num*
Com.opi. 118. *Quamuis Iaffr. Balb. deciſ. 42. contrariam opin*
*receptiorem eſſe teſtatum reliquerit. Veruntamen prior*
*nio vſu recepta eſt, cùm in omni actu ſpeciatim citari de*
*l. de vnoquoque, ff. de re iud. Sed remotis in locis non*
*ria, generale edictum fieri admittitur, ne quolibet actu*
*nis impenſis atque laboribus abſentem quis citare obſtri*
*tur. Quam quidem communem his caſibus procedere int*
*gas, quibus ad ſententiam, lite non conteſtata, peruenir*
*teſt, aliter enim quò ad ipſam ſententiam citatio haud*
*quam valeret, ſic Bald. reſpondit conſi. 4 lib. 5. Itemque*
*telligas, quando citatus ſemper contumax fuit, quòd tu*
*eum, alia abſque citatione, procedi poßit. ſecus verò, ſi ſe*
*comparuiſſet. Nam ſanè hoc caſu illum iterum citare op*
*rit, Docto. in d. l. qui ante cal. Abb. d. c. vlt. & Vant. me*
*rato loco num. 113. cum ſequ. Rurſus & intelligas com. o*
*quando citatus contumax eſſet, & ſententiam ſe prolatu*
*iudex comminatus fuiſſet, teſte Antonio Nicæno in conco*
*Gloſſ. conſ. 52. in 10. limit. Nic. Ant. Graua.*

e Quod ſi.) *Formam * procedendi, contra actorem*
16 *comparentem, videbis apud Formularij compilatorem*
*variarum commiſ. pagina 11. colum. 2. nam abſoluitur re*
*actor-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*actorque in expenſis condemnatur, & eis niſi prius refectis,
audiendus haudquaquam erit, Andr. Iſern. in conſtit. reg.
Neap. Sponte volentibus, & habetur cap. 1. de dolo & con-
tum. in 6. & in l. ſancimus, C. de iudic. & vtrobique com-
mentatores. Verùm* vt contumax quis dici queat, ipſius 17
contumaciam accuſare oportet, aliter enim contumax nequa
quam appellari poteſt, Barto. in l. 2. colum. vltim. ff. ſi quis
in ius voc. non ier. & in l. conſentaneum, col. vltim. C. quom.
& quan. iudi. & in authen. ei qui in fine, C. de temp. appell.
tradunt Bald. Paulusque Caſtren. in l. properandum, §. &
ſiquidem, C. de iudic. & Marſ. in l. de vnoquoque, numero
143. ff. de re iudic. Cæterùm intelligas tunc contumacem pu-
niri, cùm ab eo quid dari fieri ve petatur, ſecus* autem quan 18
do citatur, ſi ſua putauerit intereſſe, quia talis citatio ad com
parendum haud aſtringit, ſicque contumax non cenſendus, vt
condemnari poſſit, veluti Bald. docet cap. 1. colum. 5. ver.
& nota. de milite vaſall. qui cont. eſt, cuius aſſecla eſt A-
lexand. in l. teſtamenta omnia, C. de teſtam. Nico. Ant. Gra-
uatius.*

Sed noua.) *Formulam* quando quis ab inſtantia iu- d
dicij ſe abſolui petit, videas traditam per compilatorem For 19
mularij Aduocatorum, circa prin. c. 36.*

Admoneo.) *Adde, quòd licet* expenſas contumax e
reſarcire velit, hucuſque tamen audiendus non erit, niſi prius 20
de iudicio ſiſti cauerit, §. ſi verò ſemel, in auth. de exhib. reis
& in d. c. 1. de dolo & contum. in 6. Cui quidem contumaci,
niſi effectu expenſas ad vltimum vſque quadrantem ſolue-
rit, audientia denegatur: vt perbellè Bald. ſcriptum reliquit
in cap. conquerente, colum. 1. de reſt. ſpo. cui Iaſ. conſentit a-
lias cumulans authoritates in authen. qui res, C. de ſacroſ. ec-
cleſ. & in l. ſancimus, C. de iudic. ibique in 4. not. regulam
tradit, quam deinde duodecim modis ampliat. Cæterùm il-
lud miſſum non faciam, quod Iaſon ibi numero 13. accuratè
ſcribit, regulam ſcilicet eſſe intelligendam, contumacem, niſi*

refectis expenſis,non eſſe audiendum, quando tamen illæ li
quidæ ſunt, & à iudice taxatæ, aliàs verbalis oblatio cum ſi
deiuſſore ſufficeret. Ibique videbis etiam,an interim pecu
niæ depoſitio pro expenſis fieri poßit, multáque alia ſuper
huiuſmodi expenſarum materia eleganter diſſerit. & nume
21 ro 17. an * ab expenſarum condemnatione, ob contumaciam
facta, appellari poßit? quæ ex induſtria, ne longior ſim, ſi
lentio inuoluam. ſatis eſt locum indicaſſe. Illud tamen ad
22 notare precium operæ viſum fuit, quod expenſæ ob contuma
ciam debitæ, perſolui ſemper debent, etiamſi contumax iu
ſtam litigandi cauſſam habuerit, vt Caſſad. docet deciſ. 3. nu
mero 3. de appell. Sed quæ expenſæ reſarciri debeant, infra
vltimi libri cap. 2. ſub lit. N. explicabimus. Nic. Ant. Grau.
f Admonemur.) Iure quidem Veſtrij ſententia proce
23 dit. Nam * in omni citatione tria conſiderantur, ipſius ſcili
cet iudicis cõmißio, Citationis executio, ipſiusq; exequutionis
relatio, aliàs citationem viribus carere, prodiderunt Bal. in l.
vlt. im. C. de fer. Feli. in c. gratum, col. 3. de offi. deleg. & in
cap. 1. de iudic. & latius Iaſ. in §. quadrupli. inſti. de actio.
Com. opi. Nec ipſa citatio de iudicis commißione facta præſumitur, vt
communis ſcribentium extat concluſio per Aret. relata con
ſil. 33. conſultatio. colum. antepen. & Felin. in cap. quoniam
contra in 5. colum. de probat. Quam quidem communem o
pinionem trifariam amplia, ac ſimiliter limita, veluti per
Ripam in ca. 1. col. 44. de iudic. Quanquam pluribus in locis
vſu receptum eſt, (quando tamen publici nuncij ſunt) vt de
citatione eis credita fides adhibeatur, licet commißio aliter
ex actis non appareat, veluti Docto. allegatis in locis aiunt,
& Corn. conſil. 95. libr. 4. Qui quidem vſus in Neapolitano
Regno viget. Cæterùm illud præterea libet adiungere, quod
24 * citationis exequutæ relatio adeò eſt de ſubſtantia, vt die
feriata ad honorem Dei fieri non poßit, teſte Salicet. in d. l.
vltim. cui Alexan. adſtipulatur in l. 2. §. nunciatio. col. 7. de
nou. oper. nun. Hinc eſt Bartholum voluiſſe in l. hæc autem,

§. 1.

*§.1. ff. ex quibus cauſ. in poſſ. ea. cui Pau. Caſtren. conſentit*
*conſi. 81. libro 2. quòd iudici de contumacia cit ti liquere de-*
*beat, & hoc quidem abſque nuncij r.lation eſſe non poteſt,*
*idcirco abſolutè docuit, quòd ſi primùm iudex aduerſum con*
*tumacem pronunciat, & deinde ipſius nuncij relationem ad-*
*mittit, quòd proceſſus nullus redderetur, hanc eandem ſen-*
*tentiam iterum idem Bart. literis mandauit in l. multum, in*
*fin. ff. de cond. & demonſt. quam comprobat Alexa. in l. ſed*
*ſi de ſua, ff. de acq. hæred. Nic. Ant. Graua.*

Dixi autem.) *Regula eſt, quòd * facta concluſione in* g
*cauſſa amplius probationes non recipiuntur, cap. auditis, de* 25
*procur. ca. cùm dilectus, vbi Felin. in princ. de fide inſtrum.*
*& Doctores omnes in l. admonendi, ff. de iureiurand. Hæc*
*tamen reg. plures admittit limitationes. Nam locum non*
*habet in probatione facienda per partis confeſſionem, autho-*
*ribus Baldo Pauloque Caſtren. in rubri. C. de probat. Hinc*
*eſt, quod litigantes, poſt concluſionem interrogari poſſunt, vt*
*per Abb. & Felin. in cap. cam Iownes, de fide inſtru. Item*
*regula ipſa exceptionem patitur, quotieſcunque iudex, vt ei*
*notior ſit cauſſa, ſc inſtruere velit, tunc etenim poſt conclu-*
*ſionem, ex ſuo officio teſtes recipere poteſt, & informationē,*
*etiam ad ius partis nouiter fundandum, vt communiter te-* Com.opi.
*neri concludunt. Alexa. in l. 4. §. hoc iudicium, ff. de damno*
*infect. & Dec. in ca. 1. in 4. notab. de iudic. licet Bello. in con*
*ſil. 59. numero 6. hanc communem ſententiam neget: tamen*
*illam in cauſis ſummarijs veram fatetur. Item reg. nec lo-*
*locum ſibi vendicat, vbi in cauſſa procederetur ſola facti ve-*
*ritate inſpecta, tunc enim poſt concluſionem teſtes admitti*
*poſſe conſueuerunt; Imo. in Clemen. ſæpè, de verbo. ſignifica.*
*& Alexand. conſi. 84. libr. 4. Quod tamen verum eſſe exi-*
*ſtimo, quando teſtimonia non fuerunt publicata, atque dedi-*
*cita, aliàs huic opinioni accederem minimè, timor enim ſub-*
*eſſet, ne latenter teſtes muneribus ſubducti, falſum perhibe-*
*rent, per text. in authen. ſi verò de teſti. quo illa communis*

Com.opi. *fundatur opinio, teſtes non recipi poſſe poſt aliorum ded*
26 *tas teſtationes, de qua meminit Bello conſil. 25.numer*
*Rurſus reg. limitatur in probatione,* per rei euidentiam*
*cique aſpectum, Bald. in l. contra negantem, in fin. C. ad*
*Aqui. in l. ſi quis teſtibus, etiam in fin. C. de teſtib. Nam*
*nulla maior poteſt eſſe probatio, Afflict. deciſ. 107. nume*
*6. & deciſ. 216. numero 3. Barbat. in cap. euidentia, de acc*
*& conſilio 7. libro 1. & Curt. in l. admonendi, numero 3*
*iureiur. vbi omnium probationum hanc ſuperlatiuam app*
*lat, vſqueadeò, vt talis probatio nunquam excluſa c*
*ſeatur, vbi prodiderunt Alexand. conſilio 116. poſteaqu*
*in fin. lib. 1. Ieſ. in l. 1. numero 10. ff. de nou. operis nun.*
*quoqne multorum teſtimonio comprobat ſententiam num*
*in iudicatum tranſire, quando illam per euidentiam*
*quam, inualidamque eſſe conſtat. Deci. in ca. cum ſpecial*
*porrò in 2. nota. de appell. Ruin. conſi. 138. num. 24. lib. 5.*
*ciat. de præſump. in 2 part num. 16. Catel. Cot. in memor*
*verbo damnum datum. Bertrand. conſil. 337. lib. 1. Ieſ.*
*eum qui, §. in popularibus, num. 5. cum ſequen. ff. de iureiu*
*& Ioan. Bap. Plot. in rep. l. ſi quando, num. 777. C. vnde*
*qui omnes hac de reprobatione per rei euidentiam aff*
*loquuntur, ex quibus communem eſſe opinionem liquid*
Com.opi. *ſtat, quod probatio per rei euidentiam, etiam poſt concluſ*
*nem in cauſſa admittatur. Nonnullas etiam præter memor*
*tas, regula ipſa patitur exceptiones, quas apud Maran.*
*re poteris in praxi in 6. part. verſi. concluſio. Item regul*
*habet locum in cauſſa matrimoniali, in qua poſt concluſ*
*nem teſtes examinari poſſunt, ca. ſicut ex literis, de ſponſ*
*Fel. in ca. ad hoc, nume. 2. vt lite non conteſta. vbi Ioan.*
*25. priuilegia matrimonij enumerat, & inter cætera hoc,*
*quo meminimus. Nicol. Anton. Grauatius.*

Addo.) *Huc autem vergit, quod ſuprà annotauim*
h *ſub litera C.*

Paupertas.) *Paupertas * ſdeum multas affert exc*

*ſationes*

*ſationes, inter quas à contumacia. Nam finge, honeſtum ho-
minem decenti carere veſte, vt in iudicio comparere, abſq;
dedecore non poßit, certè excuſationem haberet, ne contu-
max dici queat: ſi Alex. credimus in l. 2. §. ſi quis in iudicio.
ff. ſi quis caut. & Felin in cap. ſi quis teſti. in prin. de teſti-
bus. Item paupertas excuſat ab appellando, & ab appellatio-
nis eitam deſertione, teſtibus Guidone Pap. & Ioach. Myn-
ſing. ille deciſ. 436 num. 21. hic autem in ſing. obſeru. Cent.
4. obſer. 97. Itidem excuſat. ſi fideiuſſoriam cautionem pau-
per reperire non valeat, Affl. deciſ. 23 numero 3. Non ab re
igitur Anton. Butr. & Abb in d. c. ſi quis teſti. ſcriptum reli-
quère, Iudicem † obſtringi pauperi ſuos teſtes producere nõ* 28
*valenti, ſubuenire, auxiliumque præſtare. pro quorum opi-
nione faciunt. quæ Boer ſcribit deciſ. 30. numero 4. & 5. et-
ſi. Felin. in dicto cap num. 8. id non abſque temperamento
intelligat. vbi poſt cæteros multa de paupertate diſſerit, &
pleroſq; caſus enumerat, in quib. pauperes excuſantur. quos
cumulatè apud Luc. Pen. videbis in l. vltim. qui num. li. 12.
& Afflict. in conſti. reg. Neap. omnes noſtri, in 2. not & in
conſti. mulieres, in fine, & conſt. ſtatuimus, ipſi etenim 44
paupertatis priuilegia, omnibus ſanè quàm moleſta, atque
perſona in vnum collegerunt. Cuius † quidem anguſtæ tri-* 29
*ſtiſque paupertatis probatio alleganti incumbit, Doct. in l.* Com.opi.
*ſi verò, §. qui pro rei. ff. qui ſatiſdi. cog. pulchrè Afflict. de-
ciſ. 77. eſtque communis ſententia, Alciato teſte in de præ-
ſump reg. 2. præſump. 27. traditque Couarru. in lib Reſolut.
2. capit. 62. quamuis paupertas homini naturalis ſit, diuitiæ
autem aduentitiæ. Nam nudi naſcimur, capit ſicut hi. 47.
diſtinct. Plinius libro 9. cap. 35 qui ſic inquit: Nos rerum
natura nudos excepit. † Cæterũ quis nõ pauper dicatur, iudi-* 30
*cis arbitrio, cõditione perſonarũ perſpecta, relinquitur, ve-* Com.opi.
*luti frequentiore calculo à Doctoribus receptum eſt, vt aſſe-
runt Decius conſilio 120. & Bell. conſil 16. Sed illud perpe-
ram obſeruatum. paupertatis priuilegium ſilentio non inuo-
luam, quòd cauſſæ pauperum gratis audiri debent, Paris. in
Synd. in ver. Expenſæ. Boer. citata deciſ. Quibus etiam † de* 31
*aduocato à iudice prouidendum eſt, aliàs mortaliter peccat,*

P 5 & ad-

32 & aduocatus* ipſe gratis patrocinari obſtringitur, alio-
reus erit gehennæ, vti Aug. Clauas. in ſua ſumma docet in
verb. Aduocatus. num. 10. Hinc dixit Afflict. in conſt. reg.
Neap. appellationum tempora not. 5. per text. in l. tam de-
33 mentis, vbi Accurſ. C. de epiſ. aud. quòd* pauperi appellan-
ti actorum exemplum, abſque mercede exhibēdum eſt. Sed
Proh. Deum immortalem. quis eſt, quis eſt, qui in foro ver-
ſetur, & pauperibus compatiatur, quibus ne parentes quidē
ſunt amici. vt Eriſict hone in cap. de ſacrileg. ſic dicam. Nic.
Anto. Grauatius.

k Generaliter.) Adde Afflict. deciſ. 175. vniuerſim,
34 & Dec. conſilio 29. Sed hoc* quadriennij curriculum ad pe-
Com.opi. tendam reſtitutionem in integrum à lege præſcriptum, à tem-
Com.opi. pore veræ læſionis currit, per ea quæ de præſcriptione Fran.
Balb. ſcribit in tract. præſcrip. in 5. par. quæſtione ſecunda,
qui hanc eſſe communem opinionem teſtatur, tum etiam &
Io. Mau. de reſt. in integr. cap. 44. Sed & illud ad propoſi-
tam materiam adnotare libuit, quod eo loci Balb. ſcriptū re-
liquit, & cōmunib. ſuffragijs (vt ipſe ait) approbatur, quòd
35 * iſtud quadriennium nunquā labitur, donec Præſul, qui ec-
cleſiæ rem haud ritè alienauit, in humanis vitam degit, non
etiam vbi enormiſſima læſio interuenerit. Nam tunc eccle-
ſia, aut ætate minor, lapſu quadriennij non obſtante reſtitue-
Com.opi. rentur, gloſſ. in cap. 1. de in integr. reſt. quam ibi Doct. ſequū-
tur, & Soc. conſi. 266. in cauſa libr. 2. qui ait dictæ gloſ. opi-
nionem omnibus ſententijs veram & communem iudicari,
quamuis Alex. conſil. 30. lib. 5. oppoſitum tenere videatur,
attamen ipſe non de enormiſſima, ſed enormi loquitur læſio-
36 ne, idcirco haudquaquā contradicit. Et* quæ dicatur enor-
mis læſio, quæue enormiſſima. Soc. citato conſi. conſul. Dec.
conſi. 45. & 180. & rurſus 380. Pariſ. conſi. 12. num. 80. lib.
2. & Caſſad. deciſ. 1. de em. & ven. Nicol. Anto. Graua.

l Cæterùm.) Quod Veſtr. ait procedere etiā intelligas,
37 ſiue beneficiarius* naturaliter, ſiue ciuiliter mortuus fue-
rit,

*uit, aliam vel ad eccleſiam tranſlatus, vel beneficium reſi-*
*gnauerit. ſemper enim re integra ſiue non, procuratoris man*
*datum expirat, ita Docto. tex. in clemen. vlti. de procur. in-*
*telligunt, aut potius extendunt, & Rota deciſ. 357. Fuit du-*
*bitatum in no. & Caſſad. deciſ. 2. de appell. ea nempe ratio-*
*ne, quia in beneficialibus, poſt mortem mandatoris, illi ne-*
*mo futurus hæres eſſe poteſt. Hinc in Rom. Curia praxis illa*
*inoleuit, cuius Veſtr. hic meminit, & Vant. etiam multa in*
*medium afferens de null. ſent. ex def. inhab. ſeu mand. num.*
*171. & ſeq. Nico. Ant. Grau.*

Secus.) *Aliàs certè nullius* * *momenti eſſet iudicium,* m
*tanquam contra mortuum agitatum, etiamſi per viuentem* 38
*defendatur, l. in ſumma. §. vlti. vbi ſcrib. ff. de re iud. l. pen.*
*ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind. & Capic. deciſ. 1. nu. 26. ſed*
*hoc quidem, vt ſtatim dicam, intelligendum erit.*

Niſi fortè.) *Mandatum* * *morte mandantis expirat, l.* n
*inter cauſſas, in prin. ff. mand. l. eius, qui in prouincia, ff. ſi* 39
*cer. pet. Quod tamen locum ſibi vendicat, cùm mandator, re*
*integra, mortuus fuerit. Quæ* * *quidem res integra in iudi-* 40
*cialibus, ante litem conteſtatam intelligitur. l. defunctus, ff.*
*de procur. cap. relatum, ibiq; ſcrib. de offi. deleg. Guid. Pap.*
*deciſio. 119. At quando procurator* * *ante mandantis obitum* 41
*litem fuerit conteſtatus, aut de iudicato ſoluendo mandator*
*ipſe ſatis dediſſet. his certè caſibus, iudex in defunctum, vel*
*pro eo, proculdubio ferre ſententiam poterit, dummodo in*
*procuratoris perſonam ipſa concipiatur ſententia, dict. l. de-*
*functus, vbi interpretes, l. nulla, & Bald. ibi C. de procur.*
*Abb. in c. mandato, procu. Mil. in ver. Sententia lata contra*
*defunctum, & tradit Caſſad. deciſio. 2. nu. 11. de appell. Quod*
*tamen ſemper perpetuum non eſt. Nam ſi abſque hærede*
*dominus deceſſerit, tunc cum procuratore, quamuis domino*
*litis effecto ſententia proferri non poterit, vt egregiè Iaſ. do*
*cet conſi. 138. lib. 4. & conſ. 9. in addi. col. 1. lib. item 1. Nico.*
*Anto. Grauatius.*

## De eiſdem, ac de procuratoribus.

## CAP. V.

### SVMMARIVM.

1 Procuratoris mandatum in primis inſpiciendum eſt, an ſufficiens legitimúmue ſit.

2 Procuratorem minus legitimum mittens, pro nõ comparente & contumace habetur: idem ſi legitimum, ſi tamen mandatum no acceptaret.

3 Mandatum procuratorium acceptari debet.

4 Tacens, quando habeatur pro conſentiente, & quando non.

5 Mãdatum generale, ſi alicui tranſmittatur, qui non intendat, niſi in vna cauſſa procurationis onus acceptare, qua cautela vti debeat.

6 Procurator cum facultate ſubſtituendi, non poteſt ſubſtituere, antequam mandatum acceptaſſet.

7 Procurator, qui litem non fuit conteſtatus, quando admittatur, tanquam dominus litis effectus.

8 Procurator ſubſtitutus per litis conteſtationem, & actus etiam ſuccedaneos, dominus litis efficitur.

9 Tutor, & curator, per litis conteſtationem, ſubſtituendi facultatem accipiunt.

10 Procurator ad omnes cauſſas datus, an in cauſſa ſpirituali, etiam datus eſſe videatur.

11 Procurator ad omnes cauſſas datus, nedum ad præſentes, ſed ad futuras etiam intelligitur.

12 Cauſſa non remittitur, quamuis remiſſibilis ſit, poſtquam in Roman. Curia de ea tractari inceptum fuerit.

13 Pro-

13 Procurator contra certam perſonam conſtitutus, contra aliam comparere non poteſt.

14 Procurator contra vnum conſtitutus, in cauſſis tantùm expreſſis, cōtra illum comparere poteſt, fallit tamen.

15 Procurator ad cauſſam, an poſſit abſque ſpeciali mandato, reſtitutionem in integrum petere?

16 Procurator ſimpliciter ad agendum, & defendendum datus, appellare poteſt, ſed appellationem proſequi minimè.

17 Procuratorem iurare de calumnia, nedum in animam principalis, ſed propriam, vſu receptum eſt in Roma Cur.

18 Procuratores plures, ſi in cauſſa dati ſunt, nec etiam inſolidum, vſu receptum eſt in Roma. Cur. quòd cū vno duntaxat valeat proceſſus, in cauſſa beneficiali.

19 Procurator dubium habens mandatum repellitur, ſi de rato non ſatis det.

20 Mandatum ſpecificum, in quibus cauſſis requiratur.

21 Procurator falſus dicitur, & ſi generale mandatum habeat, ſi in cauſſis ſpeciale mandatum requirentibus compareat.

22 Procurator mandatum oſtendere tenetur, aliàs iudicium eſt nullum, fall. num. 30.

23 Procurator etiam verus à iudicio repellendus eſt, ſi de mandato non conſtet.

24 Mandatum debet eſſe ſufficiens, vt procurator admittatur.

25 Procuratoris perſona, ante omnia legitimanda eſt.

26 Procu-

26 *Procuratoris poteſtas, à die recepti mãdati trã-*
*fertur, adeò, quòd ante veram notitiam, geſta*
*per ipſum nulla ſunt, fall. vt num. 29.*

27 *Mandati defectus, etiam refectis expenſis, n*
*ſuppletur.*

28 *Mandati defectus, ad mille vſque annos, oppo*
*poteſt.*

31 *Præſens habetur pro conſentiente in iudicialib*
*actis.*

32 *Tacens, regulariter in ſui præiudicium conſen-*
*tire non videtur.*

33 *Mandatum an debeat expreßim acceptari, &*
*quid iure pontificio caueatur.*

34 *Procurator, ante litem cõteſtatam, ſubſtitue*
*non poteſt, limitatur tamen.*

35 *Procurator, poſtquam ſubſtituit, amplius procu-*
*rator non remanet.*

36 *Procurator ſubſtitutus, ſubſtituere poteſt, poſt*
*litis conteſtationem per ipſum factam, vel poſt-*
*quam merita cauſſæ pertractauerit, etiamſi per*
*alium lis conteſtata fuerit.*

37 *Mandato in generali, cauſſæ beneficiales non in-*
*cluduntur.*

38 *Procurator generalis ad omnes cauſſas, an in-*
*telligatur ad futuras etiam conſtitutus.*

39 *Mandatum procuratorium non eſt extenden-*
*dum.*

1 NOnnuquam* etiam litigatores ab initio, vel aliàs comparent, per procuratores ſuos tunc, ſi actoris, vel rei vicesgeris, procuratorium ex aduerſo conpereris impri-mis diligenterque reſpicies. a Quòd ſi minus

ſuffi-

ſufficiens, ſeu minus legitimum compereris, tunc ſi rei vices geſſeris, cuius proprium eſt inducias quærere, ſatis erit tibi, excipere contra procuratorem, & proteſtari, ne audiatur, niſi de magis legitimo doceat mandato, & ita ſibi proceſſum impedire, niſi tua fortè intereſſet, abſolutoriam obtinere. vel aliàs cauſſam expediri, vel fortè auditor cauſſæ, prout mihi rei partes defendenti pluries contingit, velit nihilominus in cauſa procedere, nec aliàs tibi expediat, à ſpreta exceptione appellare. Non denegabit tamen auditor hoc caſu pro cautela eius, qui dubitat, & excipit de viribus mandati, alterius partis proceſſum, per audientiam contradictarũ, præuia dilatione ſimili procuratori ad docendum de magis legitimo mandato, Rota de citati. ad partes not. quòd aliquis 245. in antiq. Caſſa. dec. 6. vt lit. pen. num. 4. Idem dixero, ſi nõ partes rei, ſed potius actoris, ſuſtinebis, vtroque tamẽ caſu, ſolent cauti procuratores duplicem facere proceſſum, citando. ſ. principalem, per audientiam contradictarum, & nihilominus procuratorem quoq;, de cuius mandato dubitatur per curſores, quatenus tamen procurator. Is* enim, qui procuratorẽ miſit minus legitimũ, pro non comparente, & contumace habetur. l. 1. §. vnus autem, ff. de procu. vbi Paul. & alij, idẽ ſi legitimum, non tamen acceptantem, vtique enim contumax reputabitur, & contra ipſum, tanquã contra contumacem, ſolet palatium, abſq; alia monitione, ſeu compulſione ſimilis procuratoris, ad acceptandum, vel recuſandum onus mandati, proceſſum per audientiam cõtradictarum concedere. Aegi. deciſio. 681. ſi citatus de procu.

Solent

Solent tamen nonnulli, prius ſimiles moniti-
nes, & compulſiones, per cenſuras, ad accepta-
dum vel recuſandum præmittere, idq; vt vrba-
nius agant, & plerunque etiam eorum inſci-
ſuadente, vel verius cogente, ſunt enim vrba-
potius, quàm neceſſariæ.

Pluriſariam * autem contingere poteſt, vt d-
3 procuratorio alterius partis, apud acta liquea-
non tamen de acceptatione procuratoris in eo
dati. Finge, quòd is, qui datus eſt procurator, fa-
cultatem ſubſtitendi in procuratorio haberet,
& ad effectum ſubſtituendi tantum acceptand-
alium loco ſui abſentem, vel ſi præſentem, no-
acceptantem tamẽ ſubſtituiſſet, *b* præſens enim
b & tacens, in hac ſpecie, pro conſentiente non h-
betur, quòd procurationis onus ſit, inducatq;
obligationem & actionem mandati cõtrariam
toto titu. mandati. ff. &c. & in onerosis, ac obli-
gatorijs, præſens, & tacens, pro conſentiente no-
habetur, ſed pro contradicente, ad nota. per Bar.
in l. quo enim ff. rem ratã haberi, & in l. filiusfa.
ff. ad macedo. & per Dyn. in regula, is qui tace.
conſentire videtur, in addi. ibi. nota tamẽ quod
in onerosis, allega. tex. in materia noſtra rotu-
dum in l. filiusfamil. §. inuitus. ff. de procura.
adſtipulantur nota. in additio. ad Rotam. 145.
procurator de procura. in not. gloſſ. verbo aſſe-
ſum in Clemen. 1. de procu. Idem, ſi plures eſſent
in procuratorio nominati, non in ſolidum, & v-
nus tantum produxit illud, vel ſi in ſolidum, i-
tamen, qui produxit, mortuus eſſet, vel abeſſet,
vel denique, ſi procuratorium à tertiò extrane-
productum reperiretur. *c* Solent * enim cau-
* c procuratores hac productione vti, vbi à quo
4 quan

quam tranſmittetur ſibi generale mandatũ, vellet tamen procurator datus in particulari duntaxat cauſſa, procurationis onus, & cum ſimili proteſtatione acceptare, quæ in palatio admitti ſolet, Rota de procurat. not. quòd vbi procurator 32. in antiqu. ea ratione, quia ſi procuratoriũ generale; per ſeipſum produceret, procurator in eo nominatus, & ſi proteſtaretur, quòd ad certam cauſſam acceptaret, iſta proteſtatio eſſet cõtraria facto procedenti, eo enim ipſo, quòd procuratorium per ſeipſum produxit, conſtat, receptionem inſtrumenti, & ipſius chartæ præceſſiſſe; quæ vtpote actus poſitiuus mandati acceptationẽ inducit, in omnibus, in procuratorio contentis; niſi doceretur, quòd in ipſa præſentatione inſtrumenti facta, ſimilem feciſſet proteſtationem, ad tex. cum glo. verbo aſſenſum. & not. per alios in Clem. 1. de procur. & not. in additio. ad d. deciſ. 145. in no.

In tantùm verò eſt huius procuratorij muneris neceſſaria acceptatio, vt expreſſum de iure ciuili, & ſecundum canones tacitum, per actum tamẽ poſitiuum; deſideret conſenſum facto, vel verbis, ad text. in d. §. inuitus gl. verbo aſſenſum & not. per alios in d. Clem. 1. de procur.

Quamobrem ſuprà diximus eum, qui præſens eſſet, dum conſtitueretur, & dũ notarius de procuratorio rogatus, ſuo inſtrumento aſſeruiſſet, præſentem non videri acceptantem. d. l. filiusfa. §. inuitus. ff. de procur.

Idem dicerem in eo, qui conſtitutus eſſet, & antequàm aliàs acceptaret, pateretur ſe in cauſſa citari, & ſecũ procedi nunquã recuſans, dummodo vltra iſtã patientiam faceret aliquem a-

ctum poſitiuũ,ad d. §.in uitus & glo.in d.Clem.
1.de procur.alludit Rota Caſſa.de 3.de reſcript.
d *d* Idem * quoq; in eo,qui conſtitutus eſſet,cũ
5 facultate ſubſtituendi, & antequam alias acce-
ptaſſet,in vim facultatis huiuſmodi ſimpliciter
ſubſtituiſſet, nec aliàs dixiſſet,ſe procurationis
onus acceptare ſimpliciter,vel ad eum effectum
non induceretur enim per ſimilem actum acce-
ptatio mandati,minus ad effectum ſubſtituendi
imò nulla eſſet ſubſtitutio.Rota deciſ.145.adeo
vt neuter ipſorum,ſubſtituens ſcilicet,neq; ſub-
ſtitutus citandus eſſet, & adhuc contra principa-
lem daretur proceſſus,per audientiam, Rota d.
deciſ.145.in no.veluti procederetur etiam côtra
eam,cuius procurator,licet eſſet in curia,nôdũ
mẽ produxiſſet adhuc mandatũ.Rota deciſ.16.
ſi vigore. de procu. in not. vel ſi poſtquã produ-
xiſſet,& procurationis onus acceptaſſet,à Rom.
Cu.receſſiſſet,Rota faſtoli cauſſa 30. num.2. vel
moreretur,vtroq; enim caſu, docto. de abſentia
vel obitu,iuxta caſus contingentiam,ſolet pub-
tium ſimilem proceſſum, per audientiam alter-
concedere,& quandoq; etiam in caſum mortis,
nô niſi intimata principali morte procuratoris.
Aegi.concl.495.licet mores procuratoris de re-
di. quòd noſtro tẽpore non ſeruatur,debet enim
is,qui procuratorẽ miſit, vigilare reb.ſuis,idq;
etiam ſi procurator mortuus,iam dominus litis
effectus viuens aliũ ſubſtituiſſet modò ſuperſti-
tẽ,resq; tẽpore mortis ſubſtituentis eſſet adhuc
integra,reſpectu ſubſtituti,vtpote, quòd ſubſti-
tutus adhuc procurationis onus nô acceptaſſet,
finitum enim eſſet mandatum ex ſubſtitutione,
ex quo procurator principalis iure proprio ſub-
ſtituit,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtituit, & contra principalem daretur proceſſus per audientiam, docto tantùm de procuratoris ſubſtituẽtis obitu, ommiſſa perſona ſubſtituti, ſecus, ſi principalis procurator nõ iure proprio, & tanquam dominus litis effectus, ſed vigore facultatis ſubſtituendi, in ſuo procuratorio forſan datæ, non extingueretur enim hoc caſu mandatum, ex ſubſtitutione per mortem ſubſtituentis, ſi tamen dominus ſuperuiuat, veluti eius nomine datum, Rota de procur. ſi aliquis 414. in not. & in deciſ. Biſignet. 9. num. 9. in vltimis Aegid. concluſ. 6. mortuo procuratore, ſecus, ſi his caſibus ſubſtitutus præmoreretur, principali procuratore ſuperſtite, remaneret enim tunc procurator is, qui ſubſtituit, quouis modo ſubſtituiſſet, etiam ſi in ſubſtitutione ad effectum ſubſtituendi tantùm procurationis onus acceptaſſet, prout poſſet, Rota de procur. not. quòd vbi procurator 32. in anti. nec aliàs per audientiam, ſed ſecum procedendum eſſet, teneretúrque ipſe principalis procurator, etiam notario actuario de ſalario ſuo reſpondere, ſi tamen principalis cauſſæ non eſſet præſens in curia, quo caſu ſolent procuratores à ſolutione regeſti diſpenſari, Rota de procur. licet procurator deciſ. 303. in no. Caſſa. deciſ. 1. de procu. nu. 3. Idq; ea ratione, quod licet cõſuetudo Rõ. Cu. obliget eos ad iſtam notarij mercedẽ, id tamen nõ niſi in defectum præſentiæ principalis, & quaſi in ſubſidium, vt ipſis notarijs cauſſarum actuarijs omni caſu conſultum ſit, cum maximè frequentiores in Rom. Cur. tractentur in litigatorum abſentia, quàm præſentia cauſæ cõtra quos conſultum ſatis non eſſet ipſis notarijs, neque

litigatori cauſſę expeditionem proſequenti,qui
plerunq;,altera parte non ſoluente, cogitur eiu
partẽ animo recuperandi ſub nomine depoſi
notario ſoluere, præuia tamen iudiciali moni
tione,ad ſoluendum infra tres dies,& dilatio
tridua iam elapſa. Quo caſu ſolet is, qui depo
nit de ſuo depoſito fidem ab ipſo notario per c
dulã manu ſua, vel ſubſtituti recipere, quæ poſ
modum apud ordinarios iudices paratam habe
exequutionem & ad ſolam citationem partis ad
dicendum contra ipſam, & ſoluendum iuxta e
ius formam, aliàs tradi mãdatum exequutiuum
ſolent iudices exequi & manum militarem pr
ſtare, mandatum exequutiuum decernentes.
c e Admittit * autem ſacrum palatium, pro do
7 mino litis effecto etiam eum, qui litem nõ fu
ſet cõteſtatus, ſed qui poſt litis conteſtatione
in cauſſa ſuperuenerit, vel citra ipſam conteſta
tionem in cauſſa tamen, in qua non deſideret
aliquos fecerit actus ſucceſſiuos ſolitos, ſcilic
poſt ipſam cõteſtatione fieri, Rota de procura
procurator ſubſtitutus 226. in no. immò non ſo
8 lùm eũ qui principalis ſit procurator, ſed * ſub
ſtitutus quoq; ab eo, quandoquidẽ ſubſtitutus e
tiã per litis conteſtationẽ, & actus ſuccedaneos
quos ſuprà diximus, dominus litis euadit. Ro
d. deciſ. 122. in no. Biſignet, deciſ. 10. numero, 9. i
vltimis. Idem * ſeruatum eſt in tutore & curato
9 re, qui ſimiliter à lege, per litis conteſtationem
vel actus ſuccedaneos, vt ſuprà, ſubſtituendi fa
cultatem accipiunt, quam ab homine habere
non poſſunt, etiam ſi iudex in deputatione ipſo
rum dixiſſet cũ facultate ſubſtituendi, Rota Bi
f gnet d. deciſ. 10. dub. 9. in vltimis, f ſed * an pro
curator

curator ad cauſſas indefinitè, vel etiam cum col 10
lectiua omnes datus, poterit eſſe procurator in
cauſſa beneficiali, & aliàs ſpirituali. Lapus vult
quòd non, & quòd in ſimilibus ſpeciale manda-
tum deſideretur, in Clem. non poteſt de procu.
Butrius contra in cap. decernimus de iudi. ver-
ſic. ſi quæritur an poſſit. vltima pars vſu recepta
eſt in palatio. Aegi. de procur. generale conclu. 5.
g Extendetur * quoque ſimile mandatum cum g
collectiua omnes, nedum ad præſentes, verùm 11
etiam ad futuras, Rota deciſ. 413. fuit dubitatum
de procur, in no. licet collector in additio. ad de-
ciſ. 19. Fuit dubitatum etiam & de procur. inno.
videatur limitare hoc dictum ad caſum conſti-
tuentis ante lites, vt tunc extendantur ad futu-
ras, aliàs ſecus, vt ibi.

Amplius ſi ad cauſſas deuolutas, & de iuris
neceſſitate in Rom. Cur. tractandas, fuerit pro-
curator conſtitutus, poterit ſecum agi, etiam in
cauſſa non deuoluta, neque in Rom. Cu. de iuris
neceſſitate tractanda, ſi modò in tali cauſa fuiſ-
ſet in Ro. Cu. proceſſum, & de nullitate huius
proceſſus in Ro. Cu. habiti ageretur. Vſu * enim 12
receptum eſt, vt articulus nullitatis proceſſus
in Ro. Cu. habiti, tametſi in cauſſa aliàs ad par-
tes remiſſibili, nunquã remitatur, Aegi. de pro-
cur. ſecundo procurator conclu. 306. Idẽ cauſſa
principali licet non aliàs deuoluta, ſed in vim
ſpecialis cõmiſſionis Papæ cõmiſſa, Rota de cõ-
miſſio. & procurat. nota ꝙ ſi poſt. 476. iu antiq.

Addo, quòd conſtitutus ad tractandum cauſ-
ſas, in Ro. Cu. vtique poterit eas tractare in eo-
dem loco, ſi fortè contingeret, curiam abinde a-
liò transferri, dum tamen cauſſæ de mandato

Papæ in eodem remanerent loco: vbi enim Pa-
pa, ibi Roman. Cur. eſſe cenſeretur, quod ſolen
Pont. noſtris temporibus ſuis cancellariæ regu-
lis, ad caſum, vbi cõtingeret receſſus, vltra du
dietas limitare, quo caſu nullam admittunt R.
Cur. diuiſionem, ſed eandem vtroque loco ce-
ſeri volunt, quæ regula eſſet tempore diui Pa-
li, ob longiores eius ac frequentiores curſitatio-
nes, ad plures dietas extendenda.

h *h* Illud quoque uon ignorabis, quòd * procu-
13 ratorium datum reſpectu certæ perſonæ, nõ in-
ſeruit reſpectu alterius, etiam ſi de eadem re a-
gendum eſſet, Aegid. de procur. procurator con-
ſtitutus conclu. 313. Rota de commiſſio. & pro-
14 cur. ſi cauſſa 456. in no. minus* inter eaſdem per-
ſonas inſeruiet, niſi ad cauſſas in eo expreſſa
Rota deciſ. 171. ſi. A. conſtituat de procur. in n
Extenderemus tamen illud ad conſequutiua &
incidentia cauſſæ expreſſæ, etiam ſi conſequu-
ua, & incidentia huiuſmodi, vbi non in ſequ-
lam venirent, ſpeciale deſiderarent mandatum
ad nota per Butr. in cap. nonnulli. §. ſunt & ali
verſic. quæro. Eodem exemplo ſeruat palatium,
15 vt * procurator ad cauſſam principalem datu
non autem ſpecialiter ad petendum reſtitutio-
nem in integrum, prout aliàs ad principaliter
petendum eam, requiritur, vt admittatur, ſi re-
ſtitutio in integrum non principaliter, ſed inci-
denter à cauſa principali poſtulatur, eadem
quoque ratione, eodem in palatio ſeruatum eſt,
16 vt * procurator ſimpliciter ad agendum, & de-
fendendum conſtitutus, appellare poſſit, non
etiam appellationem proſequi, Rota deciſ. 21.
ſi dominus principalis de procurato. in no.

quaſi

quaſi appellatio ſit de conſequutiuis prioris inſtantiæ, ad quam ſimile mandatum duntaxat extenditur, & proſequi appellationem, ſequiorem inſtantiam concernere potius videatur, niſi forte in mandato diceretur expreſsè, etiam ad appellandum, & proſequendum: quo caſu non ſolum mandatum extenditur ad proſequutionem appellationis, verumetiam ſi is, qui datus eſſet procurator, à lata ſententia appellaſſet, cogeretur emiſſam appellationem proſequi, aduerſus nota. in cap. non iniuſte de procur. idque etiam ſi in ipſa appellatione poteſtatus fuiſſet, nolle proſequutioni aſtringi. Rota deciſ. 107. ſi procurator de procurat. in no.

i Generaliter * verò vſu receptum eſt in palatio, vt in omni cauſſa, in qua de calumnia iurandum ſit, vt procurator nedum in animam principalis, verùm etiam eius propriam iurare teneatur, Rota deciſ. 307. quidam de iuramento calũ. in no. & deciſ. 491. nota quòd procurator de iuramento calum. in antiq. i 17

Cæterùm * ſi plures procuratores, in eadem cauſſa dati ſint, non etiam inſolidum, receptum eſt, vt cum vno duntaxat valeat proceſſus in cauſſa beneficiali, ad. cap. ſi duo. §. ſanè de procur. libr. 6. Rom. de procur. ſi in cauſſa benefi. 107. in no. 18

ANNOTATIONES.

Quòd ſi.) *Procurator * dubiũ habens mandatum, admitti tamẽ volẽs, de rato ſatiſdare tenetur, alias iure repellitur. l. 1. vbi Doct. C. de procu. & Capic. deciſ. Quod quidem* a 19

cum temperamento intelligas, locum non habere, vbi ſpecia-
le mandatum requiritur. Hoſt. in ſumma titu. de procur. nu-
20 mero 12. Sed * in quibus caſibus ſpecificum requiritur man-
datum, apud Spec. videbis, titu. item de procurat. §. ratio-
ſui. Ang. inſtitut. de his per quos age. poſſ. poſt. princip. Ale-
xand. conſil. 1 9. libr. 7. & Dec. conſil. 20. Adeò quòd vo-
21 luit Iaſ. in l. licet. numero quarto. C. de procurat. falſum
dici procuratorem, tametſi ille generale mandatum habeat,
ſi cauſſam mandatum ſpeciale requirentem agat. Et quod
ſuprà diximus, habentem dubium mandatum, cum cautione
de rato, admitti poſſe, limita, locum non habere in cauſſa ma-
trimoniali, in qua quoniam arduum eſt negotium, non ad-
mittitur etiã cũ cautione, ſi de illius mãdato dubitetur. Pa-
ris. conſil. 61. numero 6. libr. 3. & dixi conſil. 82. numero
6. quod in volumine conſil. matrimonialium impreſſum re-
perto. Procuratori * planè congruit, poteſtatem, quam ha-
22 bet, oſtendere, quinimmò neceſſariò, ne puniatur, obſtringi-
tur. Rota deciſ. 12. ne procurator, in antiq. Biſsignet ſub titu.
de procur. & amplius, ne iudicium reddatur inualidum, vt
Bart. aliijque explicant in d. l. licet Abb. in ca. in noſtra, de
procur. & Alexand. conſil. 74. viſo. lib. 5. Quamuis in ipſo-
rum procuratorum odium, hac facti ſpecie, ſaltem pro expen-
ſis contra eos exequendis, iudicium nequaquam nullum re-
deretur, veluti præclarè Alex. ſcripſit in l. ſi ſe non obtu-
lit, in princ. ff. de re iudic. cui Iaſ. ibi aſtipulatur, & habe-
tur in l. Plautius. ff. de procur. traditque Aegid. deciſ.
23 poſt. Accurſ. in l. ſi expreſsim, ff. de appell. Non immeritò
ergo periti iudices, contra procuratores, mandatum vt exhi-
beant, eorum officio inquirunt, eoſque compellunt, vt aſſeue-
rant Gloſſ. in cap. 1. verſicu. abſentia, de elect. in 6. Accur. in
l. vt liberis. C. de collat. Abb. in cap. nulli, de accuſ. & in ca.
exceptionem, de except. Rom. conſil. 60. in fin. quibus ſe ſub-
ſcribit Gomes. in compendio vtriuſque ſignaturæ. verſicul.
Et quo dictum eſt, fol. 166. in parua impreſsione. Cete-
rum

rùm Felino contrarium viſum fuit, in ca. cauſam, num. 5. de indi. ipſe enim, & plerique alij nequaquam admittunt, iudicem ex officio procuratorem non habentem mandatum repellere poſſe, niſi parte hoc petente, quinimò hanc eſſe communem opinionem, Felinus teſtatur. Sed certè prior opinio, Com. opi.
vti æquior, ita verior & communior mihi videtur, præſertim, ſi auctoritates potius ponderentur, quam numerentur, & nec populari quadam trutina rationes examinentur, veluti à noſtris ſæpiſsimè factum fuiſſe videmus, more volucrum pecudumque poſt alios euntes, vt Decij verbis vtar in conſilio 481. nu. 11. & Bello conſi. 59. num. item 2. Sola equidem hæc ratio, cordatum hominem, vereque Chriſtianum mouere debet, vt ex officio iudex procuratorem mandatum non habentem repellat, ne iudicium reddatur eluſorium, neve tot labores euaneſcant ſumptuſque pereant, cùm ſemper malis occurrendum ſit, vt vulgaria ſunt iura. Concinit huic opinioni, quod * Hoſtien. ſcribit præcitato loco, nume. 11. vbi 24
voluit procuratorem teneri, ad probandum mandatum, & ſufficiens etiam, aliàs is reijciendus erit: cui ſententiæ innituntur Bar. in l. 1. §. vſus. ff. de procur. & in l. 1. §. ſi nemo, ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomi. & Iaſ. in l. ſancimus, nume. 6. verſic. ſimiliter. C. de iudic. adeò quod idem Iaſ. dixit in l. de pupillo. §. qui procuratorio, in 4. no. ff. de noui oper. nun. procuratorem etiam verum à iudicio repellendum eſſe, ſi de mandato non conſtet. Voluit quoque Thom. Faſt. deciſ. Rotæ cau. 25. dub. 35. verſi. 3. dubitatur. Procuratorium namque plenè probari debet, vt per Doctores in l. non ſolùm, §. qui alieno, ff. de procur. & in cap. 1. extra eod. Abb. in ca. coram, de offic. delega. eſtque communis ſententia, teſtimonio Iaſonis in l. cautio. num. 11. verſic. in ea. C. de procur. Idcirco, * Com. opi.
quamprimùm procuratoris perſona eſt legitimanda. d. l. licet, & ca. in noſtra, de procur. & hoc etiam in omni iudicio, 25
quamuis ſummario. Iaſ. in rubr. C. qui adm. num. 1. Nam * 26
à mandato, quin potius à die receptionis illius, verè in ipſum

procuratorem poteſtas transfertur, vſqueadeò, quod an
ſynceram fidem, aut notitiam geſta per ipſum inefficia
ſunt, veluti à falſo procuratore facta, quanquam à domi
procurator conſtitutus fuiſſet, ea quippe ratione, quia ſ
mandato non couſtabat, Gloſſ. eſt notab. in Clem. 1. in ver
receptis, de procur. & in cap. is qui, in ver ſuſceptum, eo. ti
& vtrobique ſcribentes adnotant. Mil. in verbo, procura
Com.opi. ſi non eſt certificatus. Caſſa. deci. 3. num. 4. de appella. & e
communis opinio, teſte Alexand. in d. l. licet num. 1. Qua
re affatim Boer. ſcribit deciſ. 274. & ſi ſtylum in oppoſit
eſſe referat, qui vbi viget ſeruandus eſt. & de communica
iam opinione, teſtatur Balbus deciſ. 348. numer. 7. vbi li
tat in beneficialibus, eum legito. Quis enim ignorat, manda
27 tum * ipſius iudicij precipuum eſſe fundamentum, quam
rem non iniuria, ex Romanæ curiæ ſtylo mandati defectu
etiam refectis expenſis non ſuppletur, eiuſque infirmitas n
ſanatur, quia defectus iſte penitus iudicium nullius red
roboris, atque momenti, etiam ſi reus malitioſè à princip
opponere tacuerit, vt belliſsimè præcitato loco Gomeſ. de
clarat, qui dicti Rom. curiæ ſtyli meminit, & Vant. quoq
qui bene cumulatéque ſcribit de null. ſent. ex def. inhab. ſ
mane. in prin. & nu. 58. verſic. tranſeamus. vbi etiam, q
28 * exceptio defectus mandati quandocunque opponi poteſt
ad mille vſque annos, ex ſententia Bal. in l. 2. C. ſi ex falſ
ſtru. cui conſentiunt Alexand. conſi. 101. lib. 6. & Dec. conſ
36. & 215. & eſt communis opinio, teſte Fran. Balbo in pr
ſcrip. tract. in 3 par. prin. q. 10. col. 8. verſic. 11. generaliter
Com.opi. Qua de re fuſius ſcribit Boer. deciſ. 228. licet non deſint, q
aperto marte contra Bal. pronunciatum pugnent, inter q
Curt. Iun. conſi. 77. & Dec. ſ. cum depugnans conſi. 486. col
penul. & iterum conſi. 638. nume. 3. ſicque vt rei iam fine
imponamus, cum prioris opinionis fautoribus conuenia con
tra Felin. cæteroſque præſertim, quia meliori ratione ful
tur, quæ attendenda eſt, etiamſi maiores numero ſint, qui c
traria.

trarium teneant. Et hoc Imperatoris exemplo in l. ſi quis. C. de condict. in deb. qui minoris partis ratione circunſpecta contra maiorem protulit ſententiam. Hinc & verè quidem aſtruit Curt. conſil. 23. num. 3. & conſil. 160. nume. 12. tunc communem opinionem eſſe amplectendam, quando particularis opinio meliori ſuffulta non eſſet ratione, qui, hanc eſſe
inter interpretes receptam opinionem affirmat. Sed eſto. Com.opi.
veram eſſe Felini, aliorumque ſententiam, ea nihilominus trifariam limitatur, vt locum ſibi non vendicet, quando ſententia contra procuratorem exequi non poteſt. Item, quando de cauſa ſpirituali, vt eſt electionis, res agitur. Et rurſus, quando pars eſt abſens, veluti eò loci idem Felin. declarat. Ceterùm ſurda aure cùm hodie iudices ſuprà quàm cuiquã credibile eſt, pertranſeant, nec lites ſuccidere curant, quaſi eorum non ſit munus, ſed litibus fauere, vt ſibi nutriant, theſauroſque parent, conſilium erit, ſtatim in procuratorem opponere, ab eoque mandatum exigere, & procuratorem repellendum eſſe, omnibus neruis contendere.
Nam * ſi in ipsũ 29
non opponeretur, ſed pauxillulum pars & iudex huic rei ſtudium, diligentiamque impenderent, geſta per ipſum procuratorem valebunt, ſi tamen verè mandatum habuiſſet, licet illud in iudicio nequaquam exhibere curaſſet, & hoc ex Spec. ſententia, titu. de procu. §. 1. verſi. ſed ſi receptum erat. Sed de hac re ne longior ſim, Alex. videas conſi. 78. viſo & diligenter. col. 2. li. 5. Bar. conſi. 75. Queritur vtrum procurator. Archi. in c. 2. de procu. in 6. Card. in Clem. 2. q. 18. eo. tit. Rotam deci. 248. Nota quòd vbi. & deci. 586. Quidam qui nõ erat, in antiq. & Ripam in ca. cum M. Fer. nu. 137. de conſt.
Verumenimuerò * & ſi abſque mandato, vt viſum eſt, pro- 30
curator in iudicio non admittatur, fallit tamen quotieſcunque inſtrumenta penes ipſum inuenirentur, tunc enim abſque mandato cum cautione tamen de rato, reciperetur, vti Iaſ. voluit in l. cautio, numero 12. C. de procur. cuius aſſecla eſt Fel. in c. coram, de offi. deleg. & eſt communis opinio, vt

teſtes

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

teſtes ſunt Iaſ. vbi ſuprà, & Alciat. in de Præſumpt. reg. 3. præſump. 23. quæ tamen concluſio limitatur, niſi inſtrumenta habens ſit domeſticus, vt egregiè Ro. prodidit conſi. 44.
Com. opi. primus. in 2. dubio. Sed illud ſilentio non inuoluam, quod communibus ſuffragijs receptum eſt, poſſe ſcilicet proceſſum vel ſententiam latam in fauorem falſi procuratoris à domino ratificari ille ſiue maior, ſiue minor ſit, quicquid nonnulli inficias iuêre, ſic teſtatur Iaſ. in d. l. licet, nume. 10. C. de procur, qui tamen 13. modis communem ſententiam temperat, eum legito diſertè loquentem, nam res difficultatis habet plurimum. Nicol. Anton. Grauatius.

b Præſens.) Cæterùm * in iudicialibus idem eſt quempiam
31 am expreſsè conſentire, vel præſentem eſſe, & non contradicere, etiam in præiudicialibus. vt Barto. prodidit in l. 1. C. de relat. & in l. ne arbitris, in fi. C. de arb. Bald. in l. emancipatione, C. de fide inſtr. & habetur in c. 2. de accuſ. in 6. & tradunt Aufrer. in add. ad Thol. deciſ. 237. Alex. conſi. 31. lib. Feli. in cap. cum iure. de offic. delega. & in cap. propoſuiſti, de proba. & Afflict. deciſio. 308. Idcirco cautum erit in iudicio diſſentire, ne taciturnitas noceat, veluti à Iaſ. docemur in l. admonendi, in rep. nu. 20. ff. de iureiur. Conferunt ad hæc, quæ Tiraquell. congerit de vtroque retract. §. 1. in gloſſ. 9. num. 115. cum ſeq. Quamuis in iudicialibus plerique
32 interpretum in hac opinione nequaquam conueniant, * quia regulariter tacens non videtur in ſui præiudicium conſentire, l. inuitus, ff. de procur. & hanc partem fulſit Inno. in c. quamuis, de re iud. quem ibi ſequuntur Ant. Butr. & Imol. Alex. conſi. 8. lib. 4. atque Barbat. conſi. 46. lib. 2. vide Caſſad. deciſ. 3. de reſcrip. Nico. Ant. Graua.

c Solent.) Adde Formul. Vari. commiſ. pagi. 6. colum. 1. in rubr. cui commiſſum eſt procuratorium.

d Idem quoque.) Huius dicti illa eſt ratio. Nam * antequam
33 tequam mandatum acceptum quiſpiam habeat, procurator dici non poteſt, quinimò iure ciuili expreſſim illud acceptare

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ve tenetur, l. filiusfamilias, §. inuitus, ff. de procur. licet ali-
ter iure pontificio caueatur, cùm tacitè illud acceptare ſuf-
ficiat, Clemen, 1. de procur. Mil. in verſi. procurator non dici-
tur, verſi. 1. Aegid. deciſ. 576. ſi impetrabit. Et ideo antequã
mandatum acceptaret, alium procuratorem ſubſtituere ne-
quaquam valet. Rota deci. 105. procurator, in not. Regulari-
ter * autem procuratori ad iudicia conſtituto ante litem con- 34
teſtatam ſubſtituere non permittitur. Hæc tamen regula nõ
admittit limitationes. quas ab Iaſ. in l. quod quis, numero 1.
C. de procur. perdiſcere poteris, à Docto. etiam in ca. 1. eo. tit.
in 6. & Anan. conſi. 96. colum. 2, verſi. conſtat. Verùm * 35
poſtquam legitimè ſubſtituiſſet, ille amplius procurator non
remaneret, Felin. in cap. in literis, colum. tertia, verſi. vide
Bald. de offic. delegat. quia in ſubſtitutum tranſlata poteſtas
eſt. Gloſſ. in ca. 1. in verſi. ſubſtituendi, de procur, in 6. & Ro-
ta deciſ. 146. in not. Quod cum temperamento erit intelligen-
dum, niſi ſubſtituendi mandatum habuiſſet atque etiam re-
uocandi, onusque in ſe aſſumendi, vt Rota tradit deciſ. 184.
ſi procurator, in no. Sed illud ſilentio non inuoluam, quòd * 36
ſubſtitutus per conteſtationem litis, ob quam ipſius dominus
eſt effectus ſubſtituere etiam poteſt. Rota deciſ. 122. procu-
rator ſubſtitutus, & dec. 146 ſubſtitutus in no. traditq́; poſt
alios Iaſ. in l. nihil. & in l. nulla. C. de procur. Quinimò ſi ab
dio lis fuerit conteſtata, poſtquam merita cauſſæ ſubſtitutus
pertractauerit, dominus litis effectus eſt, ſicq́; ſubſtituere po-
terit, argumento Clem. ſæpe de verb. ſign. vbi in cauſſis ſum-
marijs litis conteſtatio non requiritur, & nihiloſecius pro-
curator per merita cauſſæ factus dominus litis ſubſtituere Com. opi.
permittitur, & hæc ſententia, exploſa Bar. opinione, crebrio-
re calculo approbatur Iaſone teſte in d. l. nihil. num. 1. Nico.
Anto. Graue.

Admittit.) Huc ſpectant, quæ in proximioris annotati- e
onis calce diximus.

Sed an.) Quòd in generalibus mandatis cauſſa beneficia- f
les

les inclinantur, atteſtatur Mil. in verbo Procurator poſ
eſſe laicus, & tradit Rota deci.385. Fuit dubitatum, inu
& ſi eadem oppoſitum in antiq. decidat, vti patet deci.
ſciendum, cui adhæret Lap. allega. 69. vbi rem hanc ſubti
ter diſſerit. Nicol. Anto. Graua.

g Extendetur.) Non tamen deſunt, qui aperto marte
38 grediantur, contrariumq; contendant. futuras* ſcilicet cau
ſas, ſub verbo collectiuo, omnes, nequaquam comprehen
inter quos Accurſ. Bar. alijque multi in l. omnem, ff. de pro
cur. & aliàs Rota hanc conſectata eſt opinionem in deci. 
Vtrum procurator cum generale, in antiq. quamuis contra
rium in nouis eidē viſum fuerit, vt liquet deci. 413. per Feli
alleg. in no. ſed tu hac de re Felin. videas in capit. relatum
in 6. diff. de offic. delega. & Vant. multas in vtranque par
tem coaceruantem auctoritates, de null. ſent. ex defe.
ſeu mandat. numero 98. Veruntamen eadem Rota alibi
dere diſtinctionis vtramque opinionem concordauit, vt
legere deciſ. 19 fuit dubitatum vtrum in add in no vbi vid
as, & Alexand. in add. ad Bar. in l. damni infecti. §.
qui ita, verſ Futuras cauſſas, ff. de dam. infect. cuius auctori
tate Rota determinauit, mandatum ad omnes & ſingula
cauſſas, comprehendere etiam futuras, vt Papaz. teſtatur in
ſuis annotationibus ad deciſ. Rotæ. 1. de procur. 6. Cum tem
peramento tamen hoc erit intelligendum, niſi cauſſæ ſpecial
mandatum requirerent, illæ vtique ſub generali manda
non comprehenderentur, veluti egregiè docent Aegid deciſ
5. & Felinus in capit: coram. de offic. delega. & capit. ſedes
numero 32. de reſcrip. Quod vltimum quoque & limitatio
nem admittit planè memoriæ commendandam, locum ſibi
haud vendicare, quando generale mandatum fruſtratorium
redderetur, tunc etenim comprehenderet ſpeciale, ſine qu
Com. opi. inutile eſſet, Bar. in l. indebitum ff. de cond. indeb. & in l. cū
procur. ff. de noui oper. nunc & eſt communis opinio, Curtio
atteſtante in l. 2. nu. 43. ff. de iuriſd. omn. iud. Nic. Anto.
Grauat. Illud

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Illud quoque.) *Et ratio ea eſt, quia * mandatum procuratorium nequaquam extendendum eſt, idcirco contra alias perſonas in eo non expreſſas agere minimè permittitur. c. ad agendum. de procur. in 6 Clem. non poteſt. eod. Guid. Pap. deci. 21. de iure.* h 3

Generaliter.) *Huc autem vergit, quòd infrà ca. 2. lib. 5. ſub lit. F. adnotauimus.* i

## *De petitorio, ac poſſeſſorio, ac vlterius ſuſpenſione.*

## CAP. VLT.

### SVMMARIVM.

1 *Cauſſa ſimpliciter commiſſa, cenſetur tam ſuper petitorio, quàm poſſeſſorio.*

2 *Petitorium quādo ſuſpendi poßit, & vſq; ad quod tempus, & an ſuſpenſio deinde reuocari queat, & quid operetur ſuſpenſio? multaq; de ipſius materia. & num. 3.*

4 *Petitorium etiam poſt litem conteſtatam ſuſpendi poteſt, & in ſolo poſſeſſorio agi.*

5 *Petitorium actor ſuſpendere non poteſt, & in poſſeſſorio retinendæ agere.*

6 *Petitorio ſuſpenſo, ſi iudex ſententiam protulerit, erit nulla.*

GEneraliter * verò, vbi quis commiſſionem ſuper beneficio, vel alia re ſimpliciter impetraret, & cauſſam, vt ſupra introduxerit, nec aliàs ſe ad alterum reſtringat, cauſa cenſebitur tam ſuper poſſeſſione, quam ſuper proprietate commiſſa & introducta, Caſſa. deci. 9. de cau. poſſ. & proprieta. Aegid. concluſi. 606. 1

concl-

conclusio.d.poſſ.& proprietat. & ratio videtur
in promptu, quia licet poſſeſſorium & petitori-
um ſint duæ cauſſæ æquè principaliter, & ſe in-
uicem non contingentes. l. naturaliter. §. nihil
commune. ff. de acquir. poſſ. ſi tamen faciam
relationem de vna ad aliam, petitorium videtur
principalius, & trahit ad ſe poſſeſſorium. c. cum
eccleſia. ca. cum dilectus de cau. poſſ. & propr.
quod etiam ampliatur, vbi cauſa non commit-
teretur expreſsè ſuper beneficio vel alia re, ſed
ad preces poſſeſſoris ſuper iactationibus & mo-
leſtationibus, cenſeretur enim tunc cauſa quoq;
negocij principalis commiſſa, & tam poſſeſſio-
nis, quàm proprietatis Caſſa. d. deciſ. 9. de cau.
poſſ. & proprie. nu. 8.

a Nec * poterit ſuper altero quis proceſſum im-
pedire, ac vtrunque vnica ſententia expedietur
iuxta regulam. c. cum dilectus de ca. poſſ. & pro-
prie. niſi alterum expreſsè ſuſpenderetur, quod
in cauſſa vt præmittitur commiſſa admitteretur
a Caſſa. ibi. num. 8. a Quo caſu conſueuit fieri ce-
dula quædam ſuſpenſionis alterius negocij, cu-
ius cedulæ formam licebit videre apud libelli,
cui formularij procuratorum & aduocatorum
nomen inſcribitur.

Quæ tamen ſuſpenſio non eſt generaliter per-
miſſa, ſed vſque ad concluſionem tantùm & nō
poſt, Rota deciſi. 69. nota quòd in cauſſa de cau.
poſſ. & proprie. in antiq. admittitur tamen poſt
modum lata ſententia in cauſſa appellationis,
Rota ibidem amplius non admitteretur etiam,
vbi reus iam probaſſet ius habere in proprieta-
te. Rota ibidem, minuſque poſt indictas vacatio-
nes fieri poterit ad effectum, vt in poſſeſſorio

proce-

deretur, tanquam in caſu excepto, in ipſa vacationum indictione, Rota deciſ. 140. in no. de cau. poſſ. & propriet. & de fer. tempo. & 94. in antiq. not. quòd tempore feriarum de ferijs.

Admoneo tamen, quòd ſi ab vna parte fiat, ad aliam quoque extendi ſolet, ac ab vtraque parte facta cenſebitur. Rota in antiq. deciſ 625. ſi auditor de cauſſa poſſeſſio. & proprie. amplius quòd hæc ſuſpenſio poterit quandocunque reuocari, & ad priſtinum iudicij ſtatum reuerti, idque etiam tacitè, vtpote ſi quis poſt ſuſpenſionem ſimpliciter daret materias vel ſcripturas negocium ſuſpenſum concernentes, cenſeretur enim tunc à ſuſpenſione receſſum, etiam ſi in ſuſpenſione ipſa fuiſſet ſuſpendens proteſtatus, quòd non intendebat à ſuſpenſione recedere, niſi hoc exprimeret, per actum ſuſpenſioni contrarium, videretur à proteſtatione receſſum, ad not. in ca. m. de conſtit. ca. ſolicitudinem de appellat. Rot. deciſ. 250 ſi ſuſpendens de cauſ. poſſ. & proprie.

Sed & maius dubium eſt, Vtrum is, qui ſemel ſuſpendit, & poſtmodum reuocata ſuſpenſione ad negocium ſuſpenſum redijt, poterit iterum illud idem negocium ſuſpendere, & Collect. d. deci. 250. in no. mouet, nec aliàs diſſoluit.

Omni tamen caſu, quod ſuſpenſio de vna parte facta ſit, ſi altera commiſſionem impetret, vt iudex ſuſpenſione non obſtante ſuper vtroque procedat, poterit nihilominus iudex ſuper poſſeſſione prius pronunciare, ſi de ea prius liquebit. Nec ſuperflua erit commiſſio, quæ non prohibet, quin iudex poſſit ſuper altera duntaxat iudicare, ſed conceditur, vt ſuper vtroque poſſit,

vbi aliàs non poterat obſtante ſuſpenſione. Sic-
que impedimentum ſuſpenſionis tantum remo-
uet. Aegi.conclu. 506. quod de quæſtione, deci-
di.cognitio.

Denique & aliud quoque operabitur hæc ſu-
ſpenſio, vt in ſecunda fiat inſtantia, ſuſpend
quoque effectum iurium in prima productor,
quæ & ſi ſatis aliàs eſſent ad diſcolorandum ti-
tulum actoris in iudicio poſſeſſorio, ſi ſuperue-
niat ſuſpenſio, impedit, ne poſſint ſuum effect
facere, nec aliàs inſeruiunt reo ad diſcoloran
titulum actoris in iudicio poſſeſſorio. Rota de-
ciſ.593.A.de cau.poſſ.& proprie.in not.& ſic re-
mouet obſtaculum iurium pro parte rei produ-
ctorum quantum diſcolorant titulum actoris,
non autem inquantum probarent de proprio iu-
re rei, quia hoc caſu non ſolùm non impedire
ſuſpenſio earum effectum, verùm nec admitte-
retur. Rota d.deciſ.69.no.quod in cauſſa decau.
poſſ.& proprie.in antiq.

## ANNOTATIONES.

2 Quo caſu.) *Formul.termi.legas pag.47. & 48. vbi*
3 * *petitorium intentatum & intentandum ſuſpendi poſſe,*
*& in ſolo poſſeſſorio procedi, ibique ne capiamur, vulgarem*
*illam cautelam docet, quòd dum articulos formamus, præ-*
*ſtemur, quòd ſi petitorium ſaperent, ad illud ornandum ſiue*
*colorandum (ita enim noſtri dicunt) illos facimus, & non a-*
*liter. Vide ibi, nam latius materia examinatur, de qua in c.*
*paſtoralis, de cauſſ.poſſ. & proprie. & in Clemen. vna. eod.*
4 *titu. & vtrobique ſcrib. Quod quidem* * *petitorium remo*
*poſſeſſorio agere volens, poſt litem etiam conteſtatam ſuſpen-*
*dere poteſt, veluti poſt cæteros Ripa docet in l. naturaliter,*
*§. mihi commune, num.161. ff. de acquiren.poſſ. qui hanc opi-*
*nionem*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nionem communem eſſe affirmat, quamuis Alexan. eo loci. Com.opi.
num.85. controuerſetur, & receptiorem eſſe dicat legiſtarū opinionem, quæ in contrarium ſe habet, cui Iaſ. inibi nume. 137. ſe ſubſcribit, fatetur tamen priorem in beneficialibus, poſteriorem verò in aliis cauſſis locum obtinere. Qua de re videas Alexand. & Iaſo in l. 1 C de carbon. edicto, vbi latè etiam diſſerunt, & Couarru. lib. 1 reſo. cap. 16. vbi diſtinctionis fœdere opiniones reconciliare nititur, eos ergo legito, nam adeò patens eſt campus iſte, vt longiores poſſent effici commentarij. Cæterùm † actor petitorium differre ſiue ſu- 5
ſpendere non poteſt, & poſſeſſorium retinendæ proponere, vt apud Ripam ibi, nume 154. legere eſt, hanc communem eſſe opinionem affirmantem. Com.opi.
Sed hoc vnum, vt ad libri huius quarti vmbilicum deueniam, prætermittendum minimè duxi, quod ſi iudex ſuſpenſo petitorio ſententiam dixerit, ea quidem ipſo iure nullius erit momenti, vt definit Aegid. deciſ. 98. ſentent. & deciſ. 557 & 569. niſi per reſcriptum principis ſibi quis conſuluiſſet. Nico. Ant. Graua.

# LIBER V.

## DE CAVSSIS EX NATVRA CAVSſæ, vel ex Principis reſcripto ſummariis.

### CAP. I.

### SVMMARIVM.

1 Cauſſæ ſui natura ſummariæ, quæ ſint, & quæ ex nocentianæ bullæ diſpoſitione.
2 Cauſſa vbi ſemel ſummariè committatur, ſemper in ſequioribus etiam inſtantiis ſummaria durat.
3 Cauſſa beneficialis aliquando non eſt ſummaria, vt cum de proprietate agitur.